UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Specvlvm Ivris Gvlielmi Dvrandi

**Durantis, Guilelmus**

**Augustae Taurinorum, 1578**

Dilationibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96857

Visual Library

tenetur:nam ea omiſſa ea s proponere poterit,ff.de iud.nõ vide
tur.C.de probat.exceptionem.Facta autem huiuſmodi proteſta
tione,non nocebit ei receptio,quo minus poſſit omnes dilato-
rias proponere ante litis conteſtationem,vt in præd.l.non.vide-
tur.C.de excep l.pen.& fi.& etiam expedit,vt poſt receptionem
libelli eas proponat:quia eo uiſo habebit uiam multiplicem ad
excipiendum,C.de eden.edita.Si autem iudex pronunciauerit li
bellum non recipiẽdum,uel non dandum, appellari poteſt 3 q.
3.offeratur.ext de libel.oblat.c.primo.niſi in caſibus,ut j̃.de lib.
conce.§.nunc dicendum.Hæc autem omnia redigantur in actis.
6 ¶Cæterum reus coram non ſuo iudice non tenetur libellum
recipere:imo ante receptionem,& etiam poſt, eum valet recuſa
re.quod dic,ut s̃.de recuſat iud.& iam dixi.Hanc vero materiam
hic amplius non proſequimur. nam eam j̃.in ti.de libel. concep.
plenius explicabimus,Deo dante.Libello autem recepto iudex
eum legi faciat reo præſente:& eo lecto,quærat a reo, utrum ſci-
at,vel credat,uel confiteatur,quæ in libello continentur:& ſi reus
confidit de iure ſuo,uel timet expenſas, poteſt ſtatim litem con·
teſtari:& reſpondere,quod neſcit:uel non confitetur ſe ad petita
teneri,ſi rei ueritas ſic ſe habet,ſed quia raro id contingit.nam ſæ
pe ſibi competunt defenſiones & exceptiones ante litis conte
ſtationem.ideo petat terminum ad deliberandum ſibi dari ſcili
cet an uelit contendere:vel cedere:& deinde ad proponendum
dilatorias:& niſi ꝓcedat,appellet, ut infra in tractatu libel. de ap.
§.primo.in 6.forma:& de his dilationibus conſequẽter dicamus.

ADDITIONES NOVAE

* Actor non tenetur facere mentionem in libello nec in reſcripto de exceptione rei Io.An.in c.j.de litis.conteſ. in noueſ.& Inn. in c.fi.de libelli oblatione rei Io.An.in c.j.de litis.conteſ.
* Speculum innuit hic quod libellus ſit dandus expenſis actoris idem Bal.in Aut.offeratur.C.de litis conteſt.& allegat gl.in clem j.de app.Iac.But.in l. j.de eden.Guil.de Cu.dicit ibi quod ſufficit dari in ſcriptis iudici & nõ parti.& hoc tenet Cy.in dicta auth.offeratur.

¶De dilationibus [a]. Rubrica.

Quia libello recepto datur dilatio ad deliberandum, vt s̃.ti.proximo diximus: inde ſumpta occaſione aliqua de dilationibus ſupponamus,dicentes:
Quot ſint ſpecies dilationum.
Quis ipſas dare debet.
Quando.
Quibus,& quoties.

ADDITIO.

a Hanc generalem rubricam poſuit Tan. parte 2. Io. de Deo. lib. 4. iudicij, poſt prin.tractat de induciis:& Aegi.poſuit de induciis,quæ dãtur partibus, rubr.cxxviii.uterq, breuiſsime.Et ex practicis,quos nominauit auctor in proemio,nullus alius poſuit hanc rubricã generalem:cõtenti, ut exiſtimo, his,quæ de citatione dixerunt,vt ſcripſi.ſuper rubrica de citatione. Oportuit ergo auctorem ad ſummiſtas habere recurſum,Azo.Gofredum,Hoſtiẽſem & alios:& uide quod dicam hic poſt principium.

a Et qualiter dentur.[a].

ADDITIO

a Dentur. ¶ Aduertendum eſt,quod auctor noſter diffinitionem dilationis non poſuit:quia nec per Summiſtas,nec per alios s̃.vel.j̃.nominatos poſita fuerat.Cy.autẽ.qui materiã hanc proſequitur in l.j.C.eodem ti.dicit quoſdam ſic diffiniuiſſe:Dilatio,eſt tempus moderatum a iudice, uel partiũ cõnentione.Impugnatur hoc per ſuos:quia iudex nõ dat tempus,quod nõ venit a naturali diſpoſitione,ſed illud moderatur.vnde ſic diffiniũt: Dilatio, eſt facultas cuiuſq; rei agendæ intra tempus moderatum a iure,uel iudice,uel partium conuentione.inducit. C. eodem.l.j.&l.ſiue pars. Primam diffinitionem defendit textus l.Præſides.C.eo.vbi dr̃. ꝙ præſides ſtatuunt tp̃s feriatum.ad idẽ de elect.ſi compromiſſarius.in prin.lib.6.ibi,tempus a iure ſtatutum.quibus ſũt multa ſimilia.Secũda ẽt poſſet ipugnari, cũ i multis caſib.dilatio ĩfert neceſsitatẽ.Itẽ ſunt quædã dilationes duratiuæ pœnarũ,qbus diffinitio nõ conuenit:de illis dicã j̃. §. j. poſt fi.ver. de ſecundis.

DILATIONVM ERGO
aliæ ſunt

Iudiciales, aliæ Extraiudiciales.

IVDICIALIVN
aliæ ſunt

| | |
|---|---|
| Experiundoriæ. | Exceptoriæ. |
| Citatoriæ. | Deliberatoriæ. |
| Repræſentatoriæ. | Præparatoriæ. |
| Siſtitoria, | Dubitatoria. |
| Defenſoria. | Probatoria. |
| Denunciatoria, | Reuocatoria. |
| Electoria. | Dffininitoria. |
| Inquietatoria. | Executoriæ. |
| Inchoatoria. | Appellatoriæ. |
| Reuocatoriæ. | Proſecutoriæ |
| Vacatoriæ,ſiue feriales. | Supplicatoria. |
| Reſtitutoriæ. | Solutoria. |

a Reſtitutoria.[a]
b De quarum ſingulis per ordinẽ videamus[b]

ADDITIONES.

a Reſtitutoria. ¶ Sine hac poterat hæc chorea duci,ut j̃.patebit.
b Videamus. ¶ Ex iſtis ſolas ſex poſuit Tancre.ſ.ſcd̃a, duodecimã, quartãdecimã,& decimã quintam,21.&25.teneo ſuum ordinẽ.Goffredus non p̃mittẽdo illarũ nomina tractat de ſpecie ſecũda,xiii.xv.iudicatoria,q̃ vocat auctor executoriã:& de xii.Hoſt.immiſcuit his aliquas quas j̃.auctor vocat extraiudiciales:de his autem p̃mittit,& ꝓſequit̃ ſpeciẽ ſecundam xii.xiiii. xv.xx.xviii.xi.xxii.primã,& xiii.Io.3.q.2.in Summa,& Rich.ibi,in diſtinctione diuiſerunt ciuiles cauſas a criminalibus,paucas ſpecies harum ponẽdo, vt s̃.dixi.Cy.hanc materiam proſequitur in l.j.C.e. ti.& præmittit,ꝙ dilationũ aliæ dãt̃ a iure,aliæ,a iudice aliæ ex partiũ ꝯuẽtione,De ſecũdis,quas iudiciales vocat, dat & ꝓſequit̃ octo ſpecies. ſ. citatorias, deliberatorias recuſatorias uel negatorias,litigatorias,probatorias,expectatorias, diffinitorias,& iudicatorias.Has aũt proſequendo pro quinta ſpecie duas ponit, probatoriam,allegatoriam:& excuſabilis erat,ſi expreſiſſet allegatoriam includi ſub probatoria quaſi ſit probatio facti; item & iuris, quæ dicitur allegatio.De prima,ſ.citatoria,dicit quod eſt principium iudicii:vt patet Inſt. de pœna tem.lit.in fi.ext.de probat. quoniã ꝯ.& debet habere ꝯgruã temporis dilationem,ff.ſi quis cau.l.j.ext.e.ti.c.j.vbi patet, ꝙ propter breuitatẽ perẽptorii poteſt appellari:& vide, quod ibi dixi ſup gl.2.ſ.propter peremptorium prima vice miſſum,dumodo habeat congruitatem tẽporis, vel breuitatẽ primæ dilationis,dũmodo nõ ſit peremptoria, appellare non poſſe.Dicit aũt Cy.ꝙ in hac citatoria concurrere debent tria: Iuſſus iudicis,C.de exhib.reis,l.neminẽ.& inuehitur ꝯ nuncios,qui ſine iudicis præcepto citant ut ẽt dixi poſt Roſ.s̃.de citatione,§.ſequitur.uerſ. utrum aũt.ad fi.Secundũ,ꝙ citatio apprehendat illum. ſaltem ad domum facta: de hoc ſatis ſcripſi de eo q mit.in poſ.c.fi.Tertiũ, ꝙ fiat die, & de die non feriato.de hoc s̃.de cita.§.j.ver.itẽ excipitur,ꝙ citatio fit ad diẽ: & ver.ſeq. cũ ſuis remiſsionib.De dilatiõe recuſatoria nõ ponit auctor expreſſe. Et licet hæc includatur ſub exceptoria, tñ & ſub illa nihil de recuſatione dixit; ſatis eſt tamen ꝙ ſpecialem tractatum de hoc poſuit s̃.parte. j.ti.de recuſatione:de aliis dicam proſequendo.

*SVMMARIVM.*

1 *Petens nomine alterius actionem ſibi dari,debet ſatiſdare de ipſo defendẽdo in reconuentione,arbitrio boni viri.*
2 *Vacatoriæ,ſiue feriales dilationes,quæ dicantur.*
3 *Terminus ſimpliciter datus ad omnes dilatorias proponendas,intelligitur peremptorius.*
4 *Citatus ad diem feriatam,an teneatur die ſequenti comparere.*
5 *Dare ſcripturam,an ſit actus iudicialis,& an poſſit die feriata dari.*
6 *Præceptum de faciendo aliquid intra talem diem , an ſufficiat in ultima dei fieri.*
7 *Ad proponendas,& probandas exceptiones in iudicio,prefigendus eſt terminus arbitrio iudicis,niſi in exceptione excommunicationis & ſpoliationis.*
8 *Termino aſsignato ad dandum omnes exceptiones dilatorias elapſo ,an poſſint probari ante litis conteſtationem exceptiones litis conteſtationem impedientes,*
9 *Dilatio ad probãdum dilatorias exceptiones non indulgetur in cauſis,quæ apud ſedem apoſtolicam ventilantnr.*
10 *Appellatio ſi negetur in curia,an appellans habebit dilationem ad probãdum in prouincia appellationem.*
11 *Dicens poſt litis conteſtationem non eſſe appellatum:peremptorie excipit*
12 *Probationes exceptionis peremptoriæ an,& quomodo cogatur quis adiutoriam ſecum ferre.*
13 *Exceptio excommunicationis , ſi per iudieem,vel teſtes , vel propter proponentis infirmitatem non poſſit probari intra tempus deputatum,vel propter fraudẽ adurſarii , uel propter aliam iuſtam cauſam,an tempus currere habeat.*
14 *In exceptione excommunicationis an habeat tempus currere ipſo iure,licet a iudice non præfigatur.*
15 *Exceptio excommunicationis intra octo dies eſt apertiſſimis documẽtis probanda.*
16 *Probatio,non apparens,non dicitur apertiſſima.*
17 *Publicatio,vel ſententia non probant,ſed probatum declarant.*
18 *Dilationes deliberatoriæ quæ ſint.*
19 *Dilationes deliberatorię poſſunt iudicis arbitrio abbreuiari , vel prorogari.*
20 *Libellos plures ſi quis offerre velit coram iudice,& pro cauſis diuerſis, an diuerſa tempora aut termini diuerſi ad hoc requirantnr.*
21 *Dilationes quo caſu non ſint auferendæ.*
22 *Dilationes præparatorię quę ſint.*
23 *Notabile dictum circa inducias pro quęrendis aduocatis.*
24 *Dilationes executorię quę ſint.*
25 *Proſecutorię dilationes quę ſint.*

26 *Induciæ non iudiciales ſunt, plures.*
77 *Ius, ſiue iudex dat diuerſimodas temporum præſcriptiones, ſeu dilationes.*

a 1.§.Experiundoriæ ſūt ext.qa ma accuſ.poſ.c. fi.[a] C d ingē.ma. diffama-
b ri.[b] ¶ Citatoriæ ſunt, quæ dant vocato ad cauſam: qd dic, vt s.de
citatio.§.nunc de temporum: & cōputantur vinginti milliaria p
dieta, ff.ſi qs caut. l.j.ff.de.ver.ſignifi.l.3. ¶ Repræſentatoriæ ſūt
de quibus habes ext.de app perſonas.reſp.j & c.ſæpe.de elec.du
dum.j.de renuncia.ueniens Item poteſt dici repræſentatoria, vel
exhibitoria: quod idem eſt, ſi quis promittit ſe exhibiturum ali-
quem in iudicio: & ſi quidem ſpatium ſex menſium ei cōceſſum
fuerit, in quo debeat exhibere, adhuc tantūdē dēt ſibi cōcedi, vt
C.de fideiuſſ.ſancimus. ¶ Siſtitoria, eſt, quia ſi conuenit, quo die
ſtetur in iudicio ſtandum erit: ſi autem non conuenit, erit in ar-
1 bitrio iudicis, ff. qui ſatiſd.cog.de dic.in principio. † ¶ Defenſo-
ria eſt, quia ſi quis nomine alterius petat actionem ſibi dari, de
bet ſatiſdare de ipſo defendendo in reconuentione arbitrio bo-
ni viri, vt ff.de procuratoribus.ſeruum.§.ait prætor. & debet ſibi
dari dilatio, quæ eſt C.de fideiuſſ.l.pen. ¶ Denunciatoria eſt, qua
petit dilatio ad denūciādū aduerſario, vt veniat: qa dēt dari ei, q̄
c eſt.C.vbi d cri.agi.opor.aut.qua in puincia.& C.vbi in rē ac.l.2.[c]
¶ Electoria eſt, quæ datur ad arbitros eligendos: & hæc eſt trium
d dierū, vt C de iud.apertiſsimi.& l.fi.[d] ¶ Inquietatoria eſt, ſi quis
dicit iudici: Domine, talis intendit mihi quæſtionem mouere, cū
voluero iter arripere recedēdi: vnde iubeatis ei, ſi vult dicere qc
quam, dicat uſque ad certum tempus, & hæc dilatio non eſt a le
ge ſtatuta, ſed iudicis arbitrio committitur, C.de inge.ma. diffa-
e mari.& hæc ſimilis eſt experiundoriæ[e]. ¶ Inchoatoria, eſt duorū
menſiū, C.de li.conteſt.auth.libellū.quæ eſt 3.q.2.§.ſpatiū. ¶ Re
uocatoriæ dantur ei, qui ius habet reuocandi domū, extr.de dila.
c.fi de foro comp.c:fi.v.q 1.c.j. ¶ Reuocatoria etiam alio modo
dicitur, ſi quis reſponſionem factam poſitionibus, velit reuoca-
re.& hæc eſt dilatio trium dierum, ſecundū quoſdam, C de erro.
2 aduoc l.j.j.de confeſſio.§ poſtremo.† ¶ Vacatoriæ, ſiue feriales
ſunt, ext.& C.& ff.de feriis, & xv.q.4 per totum. ¶ Reſtitutoriæ
ſunt quæ dantur ſpoliatis poſt reſtitutionem, vt quieſcāt, nec co
gantur ſpoliatoribus, vel aliis ante reſtitutionem reſpondere: q̄
f ſunt ad minus ſex menſium, nec maiores anno. 3.q. 2. eiectis[f]. Vl
dic, quod ſunt arbitrariæ, ead.q.ſi epiſcopus. Hodie tamen his nō
vtimur in cauſis. Eſt tamen ar.quod poſſumus eis uti, ut extra, de
g reſtit.ſpolia.frequēs §.uel ſaltem tāto tpe debet pacifice poſſide
re, quando ſtetit ſpoliatus prius quā reſpondeat, vt ea.q.prius.&
c.tandiu. 2.q.2.præceptum eſt. Sunt & aliæ reſtitutoriæ, quæ ſunt
quatuor annorum, ſ.quæ dātur ad petēdam reſtitutionem, C.de
tēp in int.reſt.l.fi ¶ Exceptoriæ ſunt.quæ dātur ad proponēdas
& etiam probandas exceptiones, extr.de excep.paſtoralis.& ext.
de off.dele.prudentiiā.§.ſexta.& c.ſuſpicionis.de ap.cū ſpeciali.
3 † ¶ Et no.q ſi datus eſt terminus ſimpliciter ad omnes dilatorias
proponendas, talis terminus peremptorius intelligitur, licet nō
ſit de peremptorio expreſſum, ita q non licet ultra illum aliqua
h proponere: & ſic obtinuit ar.præ.decr.paſtoralis[h].& de proba li
cet, C.de dila.l.j.in fi ff.de fer.oratione.& l.fi.cū his, quæ ibi no.&
i ar.de reſcr.cum in multis[i]. † ¶ Sed pone, iudex ita dicit, a die cra-
4 ſtina uſq; ad ſeptem dies proponas omnes exceptiones dilato-
rias, tam contra perſonam, quam contra alia: vltima dies termi-
ni inuenitur feriata, nunquid die poſt illam ſequenti poterit eas
pponere? & uidetur, quod ſic, ar ext.de in inte.reſt.tum ex literis
prope fi. Nam & citatus ad diem feriatam, tenetur die compare
re ſequenti extr.de dolo & contu.cum dilecti.vbi fuit citatio fa
cta per dictionem Vſque, & de accuſa. veniens. Dic contra. nam
odia ſunt reſtringenda potuit enim eas proponere, j.vel 2.vel 3.
die dilationis, & ſic de aliis: ſuper hoc uide concor.j.de app § re-
ſtat.ver.ſed nūquid dies.ſecus, ſi dictū eſſet, tali die pponas: quia ſi
k dies illa feriata eſſet, deberet die ſequēti proponere[k]. † ¶ Si vero
5 dictū eſſet, da tuas exceptiones in ſcriptis, tunc etiam die feria-
ta eas dare poteſt: quia dare ſcripturam, nō eſt actus iudicialis: &
l iunge quod no.s.de cita.§.uiſo.ad finem[l].& §.j.ver.item excipi-
6 tur, quod citatio fit. † ¶ Quid ſi dicatur, intra talem diē hoc fa
cias? dic, quod in ultima die hoc facere poterit.de hoc in prę.ver
ſi.ſed nūquid dies.& j.ver.ſed cum & idem iuris eſt, ubi datur ad
aliquid faciēdum dilatio decem pluriumue dierum, & adiicitur.
Alioquin ex tunc ita fiat: nō ſufficit hoc fieri ultima mora decen
dii hæc enim dictio Tunc, extremum decendii tēpus ſignificat.
vt ff de pdi & demon ſi is.§.ſi ita.ff.de vulg.& pup.ſubſ.l.in ſub
7 ſtitutione.† ¶ Sed quid, ecce datus eſt menſis, uſque ad quem p-
ponat aliquis omnes dilatorias tam contra reſcriptū, quam con
tra impetratorem, vel iudicē: quod ſi nullas propoſuerit, veniat
m reſpōſurus libellis[m]: non uenit in termino, nec poſt, expectatus
per octo dies: nunc autem venit petens terminum ad exceptio-
nes proponendas: probat enim ſe ultima die præfati termini fuiſ
ſe legitime impeditum: vult tamen ad præſens aliqua propone-
re: quæritur, an ſit admittendus? Reſpond. Io.de Deo hanc quæ
n ſtionem diſputat inter alias[n], & dicit hunc de rigore non eſſe au
diendum: imo cogendus eſt reſpondere libello pro eo quod ſal
tem die ſequenti, cum potuit, non venit, vt in præ.decre.cum di
lecti.& in præ c.paſtoralis.dicit enim aliud eſſe I teſtibus, & aliud
in exceptionibus.extr.de do.& cont.cum olim.ff.de arbit.Celſ
tamen de æquitate, ſi id malitiosè non fecit, proponere poteſt
modo.extr.de off.dele conſuluit.ſed non habebit dilatiōem, vt
in præ.c.paſtoralis.& ad proponendas & probandas exceptiōes
præfigitur terminus arbitrio iudicantis, niſi in exceptione excō-
municationis ad probandum ſeptem dies ſtatuuntur: quod dic,
vt j.de except.§.2.ver porro exceptio.& niſi in exceptione ſpo-
liationis, in qua ſtatuuntur xv.ut in eo.ti.§.viſo. ver.item in exce
8 ptiōe.† ¶ Item quæritur, utrum elapſo termino ad dandum om
nes exceptiones dilatorias aſſignato, poſſint proponi ante litem
conteſtatam exceptiones litis conteſtationem impedientes? de
quibus habetur extr.de lit.conteſt.exceptionis.lib.vi.Et uidetur,
quod non.quia illæ ante litis conteſtationem in vim dilatoriarū
proponuntur, ut probatur j.de exce.§.de dilatoriis.uer. ſed quæ
ritur, qualiter.& §.nunc uidēdum.ver.hoc quoque notandum.
Item caute agit, qui eas poſt litis cōteſtationem opponit, ut no.
o in præ.c.exceptionis.[o] ergo in nullo ſibi præiudicatur, ſi poſt hūc
terminum ad proponendum non admittitur. Arg contra ext.de
accuſ.ueniens.§.fi.& in præ.ver.ſed quæritur.ubi probatur quod
in vim peremptoriarum.hoc idem etiam probatur in præd.c.ex
ceptionis.vbi dicitur, exceptionis peremptoriæ ante litis conteſ.
obiectus non retardet litis conteſtationem, niſi de re iud.&c. Er-
go uidetur quod res iudicata, & aliæ, quæ ibi continentur, tan-
quam

ADDITIONES.

a c.6. ¶ Et huic ſimilis eſt decr. vlt.de ele. lib. 6. & circa hoc vide ſecundam quæſtionem, quam ſcripſi ſuper regula, mora.de reg.iur.eo.libr.

b Diffamari. ¶ Ponitur hic Experiri, pro Agere: ſicut de cauſa poſ. paſtoralis.aliquando enim ponitur pro Defendere: tex. iuncta gl. in verbo, experiri.extr.deiud.& ibi ſcribam.

c L.2. ¶ Dubitatur, an emptori fundi, cui mouet tertius litem ſuper fundo, dari debeat dilatio ad denunciandum venditori, q litē defendat. Vber. de Bo.Io.de Deo, & auctor, ponendo eius verba.s.de actio. vel peti.§.in aute riorib.ver.ſed ſi pueneris.videntur velle, q ſic: & Acc.in l.i.hic.e.ti.C.nj. gl.arguit, q ſic, per prę.l 2.Gui.de Suza ibi tenet p̄riū, p p̄.l.i C.e.ti.vbi dī, dilationē non dandā, niſi neceſſitas cogat: q hic non cogit, cum ipſe qncūq; denunciare poſſit, dúmó non nimis prope ſnīam, ff.de euic.ſi rē, §.quolibet. & ad huius intellectū vide, qd ſcripſi de em.& ven.c.fi. ſuper j.gl.Alb. Gal. in reportationib. ſuper l.emptor fundi.C.de euic.tenet primū.inducit has duas leges hic allegat.& ff. de vſur. ſciendū. & C. de fideiuſ. iure noſtro.& auth.ibi poſitā: ſpālib inducit l.emptio.C.de euic.vbi patet, q venditor inſtituere dēt emptorē, & illi aſſiſtere. Itē lex dicit, q ex certis cauſis & certis perſonis, ſuſtinendæ ſunt cognitiones, ff.de iud.interdū. Si venditor eſt præſens non video ad qd detur dilatio, cum intra terminum reſpōdendi libello denunciari poſſit. Ex circunſtantijs igitur videat iudex, an ſit danda, vt in præ.l.interdum.de elect.cupientes.§.q ſi.ver.niſi.lib.6. Poſſet enim agēs aliquid allegare, quod faceret emptorem dubium, an cedat an contendat, ſuper quo venditor informaret.

d L.fi. ¶ Hoc verū eſt in caſu illius legis, & vide s.de recuſa.§. qualiter. ver. propoſita.

e Experiundoriæ. ¶ De hoc no. C. vt nemo inui. l. vna, & ſcripſi de reſti.ſpo frequens.lib 6.ſuper gl.& alij.ver.17.

f Eiectis. ¶ Secundum Tan.

g Frequen. ¶ lib. 6.

h Paſtoralis. ¶ Per quam decr. Gui.de Suz.ſuper l.aduerſus.C. de excep.fatetur in foro eccleſiaſtico talem terminum dari poſſe. In foro ſeculari dicit hunc à principio dari non poſſe, cum terminus dilatoriarū ſit litis pteſtatio, C.de prob.exceptionem.& pcor. Vber. de Bo. vt no.j. de excep.§.2. ad finem.j.col. poterit antè, ſi apparebit malitia opponentis, vt patet j.§. nunc videamus.ver.in ſumma.ibi vide: quia & ius noſtrū pcor. ¶ Adde, q Abb in d.c.paſtoralis.in pen.col.refert do.Ant.ibi tenere hoc dictū Gui.de Suz.ipſe verò dicit, q a principio ēt citra præſentem malitiam iudex pōt ſtatuere terminum, vt citius finis litibus imponatur.

i Multis. ¶ lib. 6.

K Proponere. ¶ Si error non fuit expreſſus, ſed in remiſ. quæ ſequuntur, ſecundò non diſtinguitur, vel curatur de hoc.

l Ad finem. ¶ Ibi dedi remi.de præpoſitione A: ſed quid ſi iudex dicat, hinc ad decem dies cōpareas? tenuit dn̄s meus in legib. in parte ſuæ qōnis quę incipit, Miſſo actore, q terminus incipit a tempore præcepti iudicis.ſic.n. placuit iudici dicēti hic qui ordinē, & cōpendiū edictorum, vel citationū ſuarū potuit moderari.ff.de iud.l.nonnunquam.ſic eſt in ꝯhentibus, quorū volūtate ēt ante pdōnem a tpe ꝯctus pmittitur ſtipulatio, ff. ſi cer. pet.lecta eſt in fi. Idē dixit de appellatione interponēda a ſnīa lata ſub pdōne, cuius tps currit appellatione ſententiæ, ff.quando app.ſit.l j.§.biduum. Cano.2. q.6.hęc verba dixi, quia formauit dubium de iudice citante Titium, vt cōpareret cras ad certum actum: alioquin hinc ad decem dies ppareret ad alium actum: erat dubium.quando inchoaret ſecunda dilatio: an ſtatim, an finita prima: vide, quod dicam j.verſ.ſed pone, q cauſa.

m Libellis. ¶ De hac forma vide j.§.penul.ver.in ſumma.

n Inter alias. ¶ & eſt 13.primi libri.

o Exceptionis. ¶ Per Ber.quod ibi vide in fine magnę gl.& gl & i[illegible] not.j.ti.2.§.edicto.ver.vt autem.& in fi.

quam peremptoriæ, ante litis conteſtationem opponuntur. [a]
a Hanc quæſtionem ſcholaſticis relinquimus diſputandam † ¶ Il-
9 lud quoque non eſt omittendum, ꝙ in cauſis, quæ apud ſedem
apoſtolicam ventilantur, non indulgetur dilatio ad probandũ
extra curiam dilatorias exceptiones: alioquin nullus eſſet ibi li-
tium finis. extra. de reſtit. ſpol frequens lib. 6 & de do. & contu.
finem. Hinc eſt, ꝙ ſtatutum eſt, vt parte appellata volente cau-
ſam appellationis in curia agitari, debent partes cum inſtrumen
tis & actis ad cauſam venire ad curiam ſufficienter inſtructæ, vt
extra. de app. cordi. lib. 6. & de elec. ſtatuimus ibi, ſufficienter in-
ſtructos, &c. Ibi not. ſecundum dom. meum & Ber. Compoſtel.
10 qualem debent ferre inſtructionem. † ¶ Vnde ſi in curia negetur
appellatio, non habebit appellans dilationem ad probandum in
prouincia appellationem: & ſic curia ſeruat. nam & ſi datur di
latio ad inſtrumenta producẽda, denegatur poſtmodum ſuper
hoc reſtitutio, vt ext. de in inte. reſt. coram. Cũ enim appellandũ
ſit in ſcriptis, vt in præ. c. cordi. ſatis ſecum potuit huiuſmodi ſcri
11 pta deferre. † ¶ Si verò dedi contra te libellum, in quo petebam
appellationem meam iuſtam pronunciari, & attentata poſt eam
caſſari, & tu litem conteſteris, nulla proteſtatione facta, vel ali-
qua exceptione contra appellationem propoſita, ſi poſt litem
conteſtatam in poſitionibus negas appellatum fuiſſe, ſatis pote-
ro admitti ad probandum cũ dicendo, poſt litem conteſtatam
non eſſe appellatum, peremptoriè excipias cõtra libellum meũ,
& contenta in eo. At probationes exceptionis peremptoriæ
non cogitur quis ad curiam ſecum ferre, niſi ipſum arctet ad hoc
citatio ſpecialis, C. ſen. reſcin. nõ poſ. l. 2. C de excep. præſcriptio-
nem. & l. ſeq. & ſic obtinuit: & de hoc no. do. meus ext. de appel.
c. j. ¶ Sed dices, quare hoc caſu admittar ad probandum appel-
lationem, cũ litis conteſtatio facta ſit coram papa, ſiue eius audi-
toribus, qui iudex ordinarius eſt omnium, vt 9. q. 3. cuncta. extr.
de priuileg. antiqua? Reſpondeo, non admittar, quantum ad
hoc vtrum cauſa in curia ſit tractanda, vel non: quia quantum
ad hoc, debuiſti hoc ante litem conteſtatam proponere: & tibi
imputes, quia tunc non dixiſti, vt 3. q. 6. § exceptio fori. & c. pul-
ſatus. & ext. de re iud. inter monaſterium. ſed admittar, quantum
ad effectum appellationis, vtrũ videlicet reuocari debeant atten
tata poſt eam, ſecundum ea quæ no. ĩ. de app. §. nouiſſimè & de
exe. ſen. § j. ſed & ſi de excommunicatione in curia excipiatur,
vt agens ab agendo excludatur, non dabitur dilatio ad proban-
dum in prouincijs, ſed in curia intra 8. dies debet probari, vt ext.
de of. del. prudentiã. § ſexta. & de excep. pia. lib. 6. Et poteſt eſſe
12 ratio. † Nam cũ debeat ferri in ſcriptis, & de hac ſcriptura ſit ꝑti
copia facienda, vt ext. de ſen. exc. cũ medicinalis. §. j. & de treu. &
pa. c. j. & xj. q. 3. curæ. ſatis poteſt huiuſmodi ſcripturam ad curiã
ſecũ ferre. Sed certè & ſine ſcriptis lata tenet, vt in præ c. cũ me-
dicinalis. §. ſuperior. Vnde melior ratio eſt in omnib. dilatorijs,
vt non debeat ſuper ipſarum probatione extra curiam dilatio,
ſeu remiſſio dari. nam per hoc nullum fit præiudicium in princi-
pali. Secus autem, vbi excommunicatio in modum perempto-
riæ proponitur: putà, ſi dicitur, Electio, vel prouiſio, vel ſenten-
tia, vel proceſſus, vel ſcriptura, vel cõtractus, vel aliud huiuſmo
di, non tenere: quia factum eſt de excommunicato, vel ab eo, &
ſic de alijs peremptorijs, cũ in hoc magnum verſetur præiudi-
cium: quia hoc probato, apparet præmiſſa non tenere. hæc pro-
bantur. C. de prec. Imper. off. quoties. extr. de priuile. cũ olim eſ-
ſemus. §. j. ibi, vt apud ſedem apoſtolicam probarent, quæ vellẽt,
&c. In peremptorijs ergo dabitur remiſſio, cũ in eiſdem grande
verſetur præiudicium, & ſit difficile teſtes ad curiam, vel ad aliũ
locum remotum ducere, vt ext. de fideiuſ. conſtitutus. ver. præte-
rea difficile foret, &c. quia nec tunc dantur tantũ octo dies ad
13 probandum. † ¶ Nota, [b] ꝙ ſi per iudicem vel teſtes, vel propter
b proponentis infirmitatem non poteſt probari exceptio excom-
municationis intra octo dies, vel propter fraudem aduerſarij, vel
propter aliam iuſtam cauſam. non curret hic tempus, vel ſaltem
iudex prorogare poteſt, ar. ff. de re iud. l. 2. in auth. de his, qui in-
14 gre. ad app. §. j. ij. & 3. collat. 8. † ¶ Sed [c] nunquid currunt iſti octo
c dies ipſo iure, licet eos iudex excipienti non præfigat, adeò vt
ipſis elapſis procedi poſſit in cauſa? Et videtur, ꝙ non: quia talis
terminus eſt à iudice aſſignandus, ext. de offi. dele. prudentiam. §.
ſexta. Dic contrà, quia terminus iſte à iure ſtatutus eſt. Vnde licet
iudex eum non aſſignet, tamen ex quo exceptionem admittit,
debet ſtatim excipiens ſuas probationes inducere: & hoc ſatis
d innuit præ. conſt. pia. §. proinde. [d] † ¶ Sed quid ſi intra hoc tem-
15 pus excipiens teſtes ſuos producit, qui iurant, & examinantur,
eorum tamen dicta non publicantur, nec ſuper exceptione pro-
e nunciatur intra illud? dicunt quidam, [e] ꝙ excipiens eſt condem
nandus, quaſi non probauerit, & iudex poſſit in principali pro-
cedere: quia præ. conſt. dicit, ꝙ intra octo dies probet apertiſſi-
mis documentis: alioquin iudex in cauſa procedat, & reum in
expenſis condemnet: at hoc non probauit, ꝙ appareat: & ſic ver
bum illud, Apertiſſimis documentis, innuit, ꝙ intra illud tempus
debent probationes publicari, & ſuper exceptione pronuncia-
16 ri. † non enim dicuntur apertiſſimæ, quæ nondum apparent. Tu
dic, ꝙ poſt hoc tempus reus petens publicationem & ſententiã,
audietur: nec condemnabitur in expẽſis. fecit enim, ꝙ in eo fuit:
ſed publicari, & pronunciari non in eo, ſed in iudice erat. Publica
tio enim eſt articulus per ſe, vt ext. de prob. quoniam. qui fieri
debet partibus præſentibus, vt s̃. de teſte. §. ſatis vtiliter. in princ.
17 † ¶ Nec publicatio, vel ſententia probat, ſed probatum declarat.
Item conſtit. pia. inducta eſt ꝯ malitioſe excipientes, vt patet ibi
in prin. at hic nulla malitia apparet. Præterea totum tempus iſtud
cedit excipienti, adeò ꝙ vltima die termini, vel hora, poteſt ſuas
probationes inducere, vt ff. de adult. miles. §. ſexaginta. & l. is cu-
ius §. ex ſenatuſconſulto. ff. de verb. oblig. qui ante calendas. ff.
de ſuc. edi. l. j. § quod dicimus. & not. extr. de teſt. in cauſis. & ſe-
cundum Papam & do. meum, in præd. c. pia. Vnde quia beneficiũ
iuris

## ADDITIONES.

a Opponuntur. ¶ Ideſt, opponi poſſunt. poteſt enim reus differre, ſi vult. vt
s̃. & ex quo auctor vult hunc caſum diſputari, parendum eſt: & ad partem
ſuperiorem facit, ꝙ terminus, de quo s̃. ad hunc finem dabatur, ne protra-
heretur conteſtatio, & per conſequens cauſę determinatio, de exc. paſtora-
lis. in prin. Sed ſi poſt terminum audiatur, eluditur iſte finis, vel effectus, cõ
tra verba & mentem decr. illius: quod ſentiendum non eſt, extr. de ma. cõ-
tra. c. j. vbi concor. in gl. pen. Item ſpeciale eſt in exceptione excommunica
tionis, ꝙ lapſus termini illã proponi non impedit, vt in cle. de exc. c. vno: er
go in alijs regula dec. paſtoralis. manet ſalua. Item ꝙ poſt litem conteſtatã
poteſt termini lapſus quo ad dilatorias excludendas. vt patet in dec. inter
monaſterium. de re iud. & in p̃ c. paſtoralis. & qđ nõ p̃t ꝯteſtatio, nõ põt ter-
minus, vt in præ. cle. patet. & no. in gl. pen. ſed ꝯſtat illas exceptiones in vim
dilatoriæ poſt ꝯteſtationẽ opponi nõ poſſe, vt s̃. ergo nec poſt terminũ. Itẽ
ex quo iſtæ priuilegiatæ habent ꝯuenientiam & ſimilitudinẽ cũ dilatorijs:
ergo in cenſura, & diſciplina ꝯuenire debẽt. de exce. cũ inter. in fi. de ſta. mo.
recolentes. Inducitur ẽt, ꝙ priuilegium illarũ exceptionũ, qđ eſt ꝯ cões re-
gulas, non eſt dilatandũ, ſed iuri cõi conformandũ, dummodo aliquid ꝯfe-
rat, de ver. ſig. ex parte. j. & c. dilecto. Satis aũt ꝯfert, licet dicamus ꝙ termi-
nus illas includat. datur. n. vt faciat reus, qđ ex priuilegio exceptionũ põt.
non ergo derogat, ſed exequitur. Sed ad ꝯ̃ria multum facit, ꝙ terminus da-
tus fuit ad dilatorias: ſed iſtæ ſunt peremptoriæ: & licet ante litis conteſta-
tionẽ poſſint opponi. peremptoriarum nomen tenẽt, quod probat tex. dec.
exceptionis. ibi, niſi de re, &c. à regula ergo peremptoriarum excipit illud:
ſic ergo de peremptorijs loquitur, nec dat eis nomen dilatoriarum: aliàs
incongrua fuiſſet exceptio. Item reſultat ex ꝯ̃rio, ꝙ idem eſſet dare termi-
num ad dilatorias & peremptorias, quæ veniunt ante litem: vel ſic ad oẽs
exceptiones, quæ veniunt ante ꝯteſtationem litis: uel ſic quæ illã impediũt,
q̃ dare ad dilatorias tantũ: qđ ſonat in abſurdum, cũ verborũ varietas ha-
beat varia deſignare. de deci. ad audientiam. de priui. ſi papa. lib. 6. C. de co-
di. ſi idem. Imputetur ergo illi, qui apertius loqui debuit. de reg. iur. ꝯ eũ.
li. 6. cum concor. Item ex eadẽ cã terminus datus ad proponendas tales pe
remptorias, licet fortiores ſint, nõ includet dilatorias, quia verba nõ ſonãt.
& per hoc non fateor, quod s̃. dicebatur, ꝙ iſtũ admittere. eſſet eludere ter
minũ cũ terminus non fuerit ad id datus. Et per hoc ẽt ad alia ſit reſponſũ.
Nec fateor, ꝙ iſtud ſit prorogare: imò eſt abbreuiare, ſi ſine litis ꝯteſtatione
negotiũ terminet. Ad expeditionẽ. n. litium hoc pertinet, vt in cle. de ver.
ſig. ſępe. & poſt prin. nec ſequitur, ſi non debet priuilegium dilatari, ergo in
cludetur in verbis, quæ id non ſonant. Vt tñ ꝯdeſcendatur volentib. tenere
primam, quæ non placet, præmitto, ꝙ ponderanda ſunt verba exceptionũ,
vt ſatis no. ĩ. de exc. § viſo. in prin. propter quod dico, ꝙ quamuis perem-
ptoria licet priuilegiata, poſt litem ꝯteſtatam hẽre non poſſit vim dilatorię,
ante litis tñ ꝯteſtationẽ puto, ꝙ habere poſsit vim vtriuſq;: & quare ſm
diuerſas propoſitiones huius haberent locũ diuerſæ formæ pronunciatio-
num, de quib. ĩ. de excep. §. dicto. in fi. Et bene facit quod de appellatiõe &
excõicatione ſubditur in duob. ver. hic ſeq. Sic igitur ꝓponens, verbis vti-
tur, quib. faciat illam in effectu dilatoriam, dicens: dico actorem non audiẽ
dum, vel ab agendo repellendũ, vel me à litis inſtantia abſoluendũ, vel re-
ſcriptũ non valere, quia peremptoriã talẽ tacuit, vel verba ſimilia, cũ ipſe
proponat illã vt dilatoriã, poſſit locũ hẽre primum dictum cum ſuis rõnib.
Si verò licet ante litis ꝯteſtationem proponat iſtã in vim peremptoriæ, cõ
cludendo actori perpetuũ ſilentium imponi, vel ſe ab eo, quod petitur, ab
ſolui, vel diffinitiuè pronũciari ipſum ad id, quod actor petit, nõ teneri, vel
his ſimilia, tunc locus ſit ſecũdo dicto, vt terminus huic, quæ peremptoria
eſt, & vt talis proponitur, licet priuilegiata ſit, in tempore proponendi ob-
ſtare non poſſit. Nec abſurdum eſſet numerare hunc caſum inter multos,
quib. diffinitiua ſuper principali lite nõ ꝯteſtata profertur: licet ꝯ̃riũ colli
gatur ex verbis Ber. & auctoris s̃. poſitis, & ad quem s̃. remiſi, & ex eo qđ
dicit ĩ. de ſent. prolat. §. nunc videndũ. in fi. j. rñſ. quod tamen, vt ibi dicam,
rñſionem recipit. Item negari nõ põt, quin ſñia, quam formauit Ber. poſita
ad finẽ gloſſæ, ad quam s̃. remiſi, & de qua in prælleg. §. dicto. ante finem ſit
diffinitiua: ꝙ ergo debent cautius eſſe, &c. intelligam ad oẽ dubiũ opinio-
nis euadendum. ¶ Adde, ꝙ cum hac additione Io. Andreæ, tranſit Abbas
in d. c. paſtoralis. & multas exceptiones, quæ impediũt litis ingreſſum, poſt
Bar. enumerat Alex. in l. cum quærebatur. in apoſtilla, ff. iud. ſol.
b Nota. ¶ Secundum Innoc. in dec. pia. vt ibi ſcripſi ſuper verb. octo die-
rum.
c Sed. ¶ ver. Aegid. ĩ. poſt prin.
d Proinde. ¶ Hoc ſcias, ꝙ dies feriati in talibus dilationibus computantur,
C. e. ſiue pars. & de ferijs. l. i.
e Quidam. ¶ Vt recitat Aegid. 32. in rub. in fi. cuius ad literam fuit iſte ver.
& tenet, quod ſequitur.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

iuris non eſt ſibi ſubtrahendum, nõ habet neceſſe intra illud fa-
cere publicari,& pronunciari,28 diſt de his.& vide s̃. de teſte §.
qualiter.ver.is quoque.Sed cùm præ conſt.pia dicat, Intra octo
dierum ſpacium,quæritur an octauo die poterit probare?& dñt
a Papa,& do.meus,quod ſic:& iam s̃.prox.dixi[a].Sed nũquid eo ip
ſo,quod quis petit abſolui, probatur excommunicatus? de hoc
18 j̃.de probat.§ videndum. uer. ſed nunquid.† ¶ Deliberatoriç[b]
b ſunt,quæ dant ad deliberandum reis,utrum uelint cedere,uel ꝯ
tendere: & ſunt xxv.dierum,3.q.3.offeratur.intereſt enim no-
ſtra,ne homines præcipitentur,quandiu iuſtè deliberant,ff. de iu
riſd.om.iud.& quia. Aliquãdo uero plurium, ſecundum locorũ
diſtantiã,ext de procur dilectus. Aliquando etiam denegantur:
puta ſi potuit inſtrui ex tenore reſcripti apoſtolici ĩ citatione in
ſerti,ext c.præterea.uel aliquo alio modo, ff.quod vi,aut clam,
ſemper.§.fi.ff.de cõtrahẽ.emp.hæc venditio.ff.de re iu. debitor.
&l.4 & ſecundum Io.& Gof.hæc non habent locum in crimina
c libus[c].Dominus meus ꝯ:quod dic, ſecundum eum, vt no. in Sũ-
d ma eo.ti.§.j.[d]†¶ Et poſſunt abbreuiari, vel prorogari[e], iudicis ar
19 bitrio:[f] nos tamẽ quandoq; ſic hunc terminum damus: aſſigna-
e mus tibi talem diem ad deliberandum:& ſi deliberaueris cõtẽde
f re, eadem die reſpondeas libello: vel cauſas, quare reſpõdere nõ
tenearis, aſſignes. Hoc autem ideo facim⁹, vt reorum malitiis ob
uiemus, qui die ad deliberandum aſſignata venientes, dicunt ſe
velle ꝯtendere, petentes alium terminum ad proponendas exce-
ptiones;ar.pro eis, 50.diſtin.põderet.reſpon.j.de pen.diſ. 3 inter
hæc hircum.§.j.Secundum hanc ergo aſſignationem, vel tũc re-
ſpondebunt, vel ſuas exceptiones dilatorias proponẽt. Ar.tamẽ
contra:quia vna dilatione pendente, alia aſſignari non poteſt, vł
duæ ſimul.imo iudicis officium conquieſcit, ext de app. ſignifi-
cante.C.de dila.ſiue pars.Sed dico, quod hic non præfigitur ad
duo, ſed ad vnum tãtum. cum enim datur terminus ad deliberã
dum, hoc implicatur: vt ſi deliberauerit contendere, veniat reſ-
põſurus libello, uel dicat cauſam, cur reſpõdere nõ teneatur.ar.
extr.de reſc.ſi quando.de teſt.cog.c.2.eſt & alia deliberatoria, q̃
competit pro hæreditate adeũda, vel non:& hæc, ſi indulgetur à
principe, eſt annalis: ſed ſi a iudice, eſt ix.menſium, C.de iure deli.
20 ſancimus.§.ſed quia.† ¶ Sed pone duos libellos offers coram
iudice: ĩ vno petis, quod aliquod collegium cogatur ſeruare ſen
tentias in ipſum latas, quia te non recipiunt: item petis eos de ir
regularitate puniri, quia excõmunicati ſe diuinis temere ingeſſe
rũt In alio vero libello petis; eos cogi, ut te recipiant: iudex præfi
git.capio diem lunæ ad docendum ſententias fore iniuſtas, diem
Iouis vero ad deliberandum ſuper ſecunda parte libelli: diẽ autẽ
ſabbathi ad proponendum exceptiones contra ſecũdum libellũ:
nunquid, valent tres termini? Reſpõdeo, non videtur: vt in præ.l.
ſiue pars.& in præ dec.ſignificante[g].Contrariũ tamen obtinuuit
g quia diuerſæ erãt cauſæ,& ideo diuerſi termini eodem tempore
21 dari potuerũt, ff.de mino.etiam.† ¶ Sed pone, quod cauſa intra
h xv.dies[h] decidenda mandatur, nunquid tunc, induciæ xx. dierũ
i concedentur? Reſpon.Papa no.ext. de off.del.de cauſis.[i] quod in
22 præſenti caſu dilationes non auferuntur, ſed arctãtur.† ¶ Præpa
ratoriæ ſunt quæ dantur poſt litem conteſtatam & etiam ante 5.
q 2.ſi primates. volenti per teſtes, uel inſtrumenta ꝓbare, ad q̃-
rendos teſtes, uel inſtrumenta præparanda, uel aduocatos inue-
niendos, vel conſilia amicorum petenda, ut s̃.de præparat.iud.&
ſunt in cauſa criminali ad minus ſex menſium: ad plus. vero. vni⁹
k anni.ſic.poteſt intelligi 3.q.3.de induciis.[k] In ciuili uero ſunt triũ
menſium, ſi probationes ex eadem prouincia poſtulent: ſi uero
l ex conuicinis prouinciis, uel inſulis, modico, aut nullo freto[l] di-
ſtantibus.ut ff.de verb.ſignif.notionem.§.ꝑtinentes.erũt ſex mẽ
ſium: ſi ex trãsmarinis, nouem, ut 3.q.3.§.ſpatium.C.eod.l.j.& l.
fi.& hæ dantur tam actori, quam reo, tam accuſatori, quam accu
m ſato, ſecundum Accur.[m] & Gofr.xv.q.2.ſi autem.† ¶ Circa indu
23 cias pro quærendis aduocatis nota, quod ſi reus aduocatum cõ
duxit,& quandoque cum eo in iudicio comparuit,& poſtea eũ
habere non poteſt imputet ſibi, qui talem cõduxit. Si uero non-
dũ cõduxit, danda eſt dilatio ad querendum aduocatum: nõ tñ
ſæpe, ſi id malitioſè petat: ſic ĩtelligo ex̃. vt lite ñ ꝯte.c.j.& d̃ do &
n ꝯt.ꝓut.C.de poſt. uelamẽto.[n] ¶ Dubitatoria eſt, ſi forte facta po
o ſitione, quis[o] dicit ſe dubitare,& petit dilationem:& hoc cõmit
titur iudicis arbitrio, cũ non ſit lex diffinitiua, ff.de inter. act.qui
interrogatur.& l.ſeq.ext.de off.del.c.de cauſis, j̃.de poſ.§.6.ver.
item

## ADDITIONES.

a Dixi. ¶ Quare repetiſti.

b Deliberatoriç. ¶ Hæc xiiii.ſpecies auctoris fuit, ut ꝑdixi, Tan.& Hoſt. 3. ſed Cy.2.qui de hac dicit, ꝙ quandoq; datur in principio cauſæ, ut cum editur actio, ff.de eden.l.j.in prin.& cũ fiunt interrogationes ante litem cõteſtatam: de his j̃. de interogat. quæ fi.ante litis conteſtat. Quandoque daẗ in medio, cũ de poſitione tunc facta dubitatur:& de hoc j̃.ver.dubitatoria. dicit etiam, ꝙ ſi reus ſtatim recepto libello reſpondere uult, deliberatoria non dabitur. cum enim in ſui fauorem detur, illi renunciare poteſt, C.de pactis, ſi quis in conſcribendo.de regul.ad apoſtolicã. Dicit etiã, ꝙ iſta deliberatoria ſæpius dari poterit cũ cauſæ cognitione, de qua ff.de iure delib.l.3. An autẽ detur ad quærendum aduocatum,& ꝯſilia amicorum? auctor ponit ſub ſpecie, quæ ſequitur, quæ ſub iſta ponebat Cyn. Adde, ꝙ nec datur deliberatoria, ſi in citatorio eſt inſertus libellus, ſecundum communiter Legiſtas in authẽ. offeratur.C.de lit.conteſt.& Cano.in c. 2.ext de dilat.& dilationes deliberatoriæ ideo ſunt de ſubſtantia iudicii, ꝙ earũ omiſſio eſt potens ad reddẽdum iudicium nullum, cum petuntur, ut uoluit gl. xvii q. 4.uxor fęlicis.gl.in cle.ſæpe.in verbo, neceſſario.de uerb.ſig.

c Criminalibus. ¶ Ratio iſtorum, quia accuſatus debet eſſe certus an ſit reus vel non. facit extr.de reſcript.ab excommunicato. Sed vt dicit Hoſt. ſaltẽ circa perſonã accuſatoris, an repelli poſſit deliberare habet: ibi vide. ¶ Adde, ꝙ Abb.in d.c.ij.de dilat.dicit, ꝙ in criminalibus, ſi in citatorio eſt inſertus libellus,& reus habuit tantum tempus, ꝙ deliberare potuit, tam ſuper principali, q̃ ſuper ſubſtãtia libelli, ꝙ nõ ſunt dãdæ deliberatoriæ, ſaltẽ magnificæ: alias ſecus.& hoc dicit eſſe de mente Hoſt.ibi, de quo & per Bal.& Sal.in d.auth.offeratur.& Bal.in l.j.C.qui acc.non poſ.do.Ant. in c.j. deli-conteſt.

d §.j ¶ Io.illud no.3.q.2.in ſumma Gof.in ſum.huius tit. §. ſunt & induciæ. Sed ipſe Io.no.contrarium.2.q.8.per ſcripta.conc.hoc vt ſcripſi.c.ti. prætereа.ſuper 2.gl.in prin.

e Prorogari. ¶ Contra C.eod.tit.l.fin.Solue, vt ibi no.ſ.ſine cauſa prorogationem fieri non poſſe: cum cauſa poteſt:& id tenet etiam Pla.& Simo. allegat l.nonnunquam.de iud.ff.de re iud.l.2.

f Arbitrio. ¶ Super quo uide s̃.de cita.§. nunc de temporum. in fi.& quod ibi dixi:& idem Aegid. vbi s̃.nec eſt ipſe Aegi.contrarius auctori in eo, ꝙ dicit iſtas non eſſe in uſu, intellige ſub hoc nomine, nam, vt dicit, reo veniente offertur libellus,& dantur induciæ ad reſpondendum, tunc deliberat.

g Significante. ¶ Vide, quod ibi no.in 3.gl.& quod ſuper ea ſcripſi. ¶ Adde, vt per Bartol.in l.2.ff.de re iud.& Prępoſ. ſancti Ambroſij in d. capitu. ſignificante.

h Dies. ¶ Si ſtatutum, vel commiſsio diceret a tempore litis conteſtatæ, tunc de momento in momentum à tempore conteſtatæ litis curret illa dilatio. Si vero diceret a die conteſtatio.li.tunc dic conteſtationis, excluſo ꝑ monoſyllabam: de quo remi.dedi.s̃.de cita.§.viſo ante fi. totum tẽpus dilationis habebit ad vtranq; partẽ ſufficiant no.j̃.de app.§.reſtat. ver. ſed nunquid dies. Et ſic intellexiſſe puto dñm meũ in legi.in q̃õne, quæ incipit: pone: verba. qui vltra allegata in præ.ver.induxit.ff.q̃ñ dies uſuſf.vel leg. ced.l.vni. ¶ Adde, ut per do.An.de ſancto Geor. in c.ſignificante. ext. de app. Aug. conſ.ccc.in c.Paulus Condoni.

i Cauſis. ¶ Vide, quod ibi no.etiã Ber.in j.gl.& quod ſuper ea dixi.& de app. ſuper eo.ij.& vide j̃.de ſen.prol.§.nunc uidendũ.ver.illud aũt ſcias, ꝙ Libertus de Rãponibus diſputauit hanc quæſtionẽ:& incipit, ſtatutũ eſt. Ad partem, ꝙ dilatio iuris ſit danda, inducit multa iura. ¶ Primo l.petendæ in fi.C de temp.in integ.reſt.vbi reo datur dilatio.etiam metas excedẽs. ¶ Secundo miſtim inducit l.vlt.eo. ti. cõiunctam cum l.intra utile. in prin.ff. de mino. ¶ Tertio inducit l.ſi quis filius.C.de inoff.teſt. iunctam cum l.cõtra maiores.e.ti. ¶ Quarto l.quinquennium.ff.de adu. ¶ Quinto l. oratio tione.ff.de feriis. ¶ Sexto C.de iud.ꝓperãdum.§.fin aũt in medio. ¶ Septimo, ut omnes tam ciui.quam milita.l.vni.in fi. ¶ Octauo.de inuentario, C. de iure del.l.fi.§.fin aũt locis. ¶ Nono, quod no ff.de fer. l.1.ſ.differre cauſæ cognitionẽ ꝯtẽplatione teſtiũ. ¶ Decimo, in aut.de his, q ingred.§.ſi uero neuter. ¶ Vndecimo inducit, propter abſentiam ſæpe ſolennia relaxari, ff.de iu.l.ſi longius.& l.2.§.pen.ex q.cau.in poſ.ea l.hæc autem.& illud generale probationũ facultatẽ nõ anguſtandam.C.de hære.l.quoniam. in fi.& l. j.C.hoc eo.ti. ¶ Ad cõtrariũ inducit primo eandẽ l.petendæ.in prin. ¶ Secundo, quia cõis eſt ꝓhibitio litigatorũ & iudicũ, ne excedãt,&c.C.de iud. properãdũ.circa prin.& quod in d.l.no.de ſoluto per ſententiã latam poſt metam, quod repetitur,& ꝙ talia ẽt de conſenſu partium non ꝓrogant, C. de legi.non dubium.& de iur.cal.l.2.§.ſed quia. Item quod habetur in authentic.de teſtib.§.1.& §.quia uero. Item C.ut intra cert.tem.l.j.& 2.& uidetur expreſſum eod.titu.l.ulti.ibi, nec ulla occaſione,&c. Itẽ ſi dilationes iuris dari deberẽt, deriſoria eſſent talia ſtatuta, uel tales cõmiſsiones. Soluebat, dilationes abbreuiandas.allegat Azo.in Sum. huius ti. in prin.ſubdit tũ, ꝙ ſi æſtimauerit iudex dilationẽ dandam, quæ excedat metas, ex iuſta cã, id poterit, per prius allegata.& no. quia non loquitur diſputãs d̃ termino dato ab homine, ſed a ſtatuto. hoc dico ꝑ ꝑ id, qd̃ poſt Hoſt.dixi in præ.dec. de cauſis ſuper j gl.de termino dato ab homine: circa quem etiam uide de termino per partes appoſito ĩ ꝯpromiſſo, uel dato a delegãte: qd̃ no. Cy.in ꝑ.l.petendæ.in vl.q. ¶ Addæ, quæ ſcripſit Pau.de Ca.in l.j.ff.de re iud.& Ant.de ſancto Georg.in c.cũ ſit Romana.ext.de ap.Ale.in l.properandum. in prin.C.de iud.Ab.in c.de cauſis.s̃. allegato.

k Induciis. ¶ Vbi de his & C.e.ti.l.j.& ext.e.ti.c.2.vbi uide.

l Freto. ¶ Forte maris ſpatio. Vnde uerſus.

*Cum fremit, eſſe fretum: mare dicas, cum ſit amarum.*

m Secundum Accur. ¶ in præ.l.fi.& Gof.in Sum.e.tit.uer.ſpatium.

n Velamento. ¶ in præ.c.j.no.de hoc in 3.gl. quæ incipit, ſi aliquis.& quod ibi no.refert Cy.in l.iſta, uelamento.tenuiſſe Odof.Guid.de Suz.in l.j.C.e. ti.licet, quod ſi aduocatus infirmatus eſt, uel in legationem ſuæ ciuitatis miſſus, ſi creditur infirmitas vel legatio parũ duratura, expectetur: alias quęratur alius aduocatus.l.pe.§.fi.ff.de va.mu.facit ff.de iud.ſi lõgius.C.in quib. ca.tu.ha.tu.deſ.l.j.& Inſti.de excuſ.tut.§.item ſi reipublicæ. Super infirmitate aũt credetur medicis, C.lib.xii.de re mil.ſemel.& patet ext.de h[illegible] ſignificaſti.2.

o Quis. ¶ Actor uel reus.hæc enim eſt utrique communis contra[illegible] alterius.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a item no [a] ¶ Probatoria eſt, quæ datur uolēti probare de iure ſuo
b & eſt ix. menſium. C. de dila. l. fi. 3. q. 3. §. ſpatium [b]. ¶ Diffinitoria
eſt in criminali biennium, C. ut intra cet. tem. l. fin. in pecuniaria,
c trium annorum, C. de iud. properandum. ext. eo. c. pen. [c] † ¶ Exe
24 cutoriæ ſunt, quæ dātur eis condemnatis in perſonali, ad ſatisfa-
ciendum prius quam ſententia executioni mādetur: & ſunt qua-
tuor menſiū, ext. de off. del. querēti. C. de uſur. l. 3. ext. de re iu. ꝙ
ad conſultationem. ff. de iud. l. ſi debitori. Sed hæ non habent lo
cum in reali actione, in qua datur modicū tēpus iudicis arbitrio,
ei qui condemnatus eſt ad rei reſtitutionem, Inſtitut. de offi. iud.
in prin. uel in cauſa criminali, in qua executio non differtur poſt
x. dies, niſi in caſib. Inſt. de off. iud. in prin. & 2. q. 1. ſicut. quod dic,
d vt in præ. dec. quærēti. & xi. q. 3. cum apud [d], ¶ Appellatoriæ ſūt
quæ dantur ad appellandum, & ſunt x. dierum, ij. q. vi. anteriorū.
ext. de elec. cum dilecti. in fi. de teſti. ſignificauerunt. C. de ap. eos.
in fi. & in auth. ibi poſita: & hæ non currunt ignoranti, vt j. de ap.
§. reſtat. ver. ſed nunquid [e] ¶ Proſecutoriæ ſunt, quæ dantur ad
f 25 appellationem proſequendam: & ſunt annus [f]. vel ex iuſta cauſa
e biennium, ſiue ante ſententiam, ſiue poſt appelletur. ext. de app.
cum ſit Romana. 2. q. 6. ei qui. niſi iudex ex cauſa tempus reciſius
moderetur, ut in præ. dec. cum ſit Romana ¶ Supplicatoria eſt x.
g dierum, C. de prec. Imper. offer. auth. quæ ſupplicatio [g] ¶ Soluto
ria eſt, quam executoriam diximus. ¶ Reſtitutoria eſt, ſi quis cō
demnatus eſt mihi rem reſtituere: quam ēt executoriā diximus.
26 † ¶ Sunt & aliæ induciæ nō iudiciales, uidelicet Electoriæ: vt ex
tr. de conuer. coniu. ex publico. ff. de opt. leg. manciporum. ext.
h de elect. ne pro defectu. ¶ Aliæ confirmatoriæ [h]: quia electus à tē
pore cōſenſus debet intra tres menſes petere confirmationē, vt
in conſtit. Greg. X. de elect. quam ſit. lib. 6. ¶ Aliæ quæ dantur ele
cto ad ꝯſentiendum, ſ. vnius menſis. ut in eo. c. ¶ Aliæ quæ dant
ad petendum ꝯſecrationnem, & pallium: quæ ſunt trium menſiū,
vt c. diſt. quoniam. & lxxv. diſt. quoniā. de quibus dicam in præ.
i conſtit. quam ſit [i]. ¶ Aliæ experitoriæ: ext. de frig. & male. lauda
k bilem. ¶ Aliæ ordinatoriæ. ext. de elec. cum in cūctis †. ¶ Aliæ p̄
paratoriæ: de quibus habetur ext. de app. præterea. ¶ Alæ pœni-
l tentiales [l]: quæ arbitrariæ ſunt, xxvi. q. vii. tempora. ext. de pœ. &
remiſ. c. 2. ¶ Alia conſtitutoria, ſ. ſi conſtituiſti te ſoluturum x. vel
ſpeciem præſtaturum, non adiecto die: ſtatuitur enim modicum
tempus non minus x. dierū, ff. de conſt. pec. promiſſor Stichi. §.
j. ¶ Alia emendatoria, ſ. damni infecti, ſecūdum ꝯſuetudinē loci
ſi non ſit conſuetudo cōmittitur iudicis arbitrio, ff. de dam. infe.
dāni infecti. & l. ſi finita. in prin. ¶ Alia excuſatotia, ſ. quod is qui
datus eſt tutor, ſe poteſt excuſare intra quinquaginta dies, Inſt. d̄
excuſ. tu. §. qui autem. ¶ Alia inuentoria, ſ. quæ datur ad inuenta
rium faciendum: & eſt lx. dierū, ſi res ſunt præſentes, alioquin an
nus, C. de iur. deli. ſcimꝰ. §. ſin autem. 1. & ſin autem. 2. ¶ Alia au-
xillatoria, quæ datur ei, qui petitur in uaſallum ad quærendū ad-
uocatū. ff. ex quib. cau. ma. ab hoſtib. §. ſed quod ſimpliciter. ¶ Eſt
alia, quæ dat̄ ex bono & æquo: & hæc eſt in arbitrio iudicis, ff. de
27 verb. oblig. continuus §. j ff. de iur. del. l. j. & ſic de aliis. † ¶ Et bre
uiter no. quod ius ſiue iudex, dat dilationem, ſeu præfigit termi
m nū, quandoq; ad teſtes producendos, ut ext. de prob. licet [m]. ext.
de cauſa poſ. & propri. c. 2. qui fi. ſunt leg. lator. quandoq; ad dila
torias ꝓponendas. vt ext. de exce. paſtoralis. & C. eo. ti. l. pe. & fi.
quandoq; ad peremptorias proponendas, vt j. de excep. §. nunc
videndum. ver. ceterum. quandoque ad ſolutionem faciendam,
vt C. de uſu. rei iu. l. 2. & 3. quandoque ad ſe purgandum, ut extr.
de teſtib. tam literis. quandoq; ad accuſandū & agendum, ext. de
accuſ. licet. qui. ma. ac. poſ. cum in tua. C. qui accuſ. non poſ. ſi ea.
quæ. ext. de clan. deſpon. c. fi. C. de inge ma. diffamari. quandoq;
ad intrādum religionem, extr. de cōuer. coniu. ex publico. quan-
n doque ad optandum legatum [n], ſeu eligendū [o], ff. de op. leg. man
o cipiorū. ext. de elec. cum in ueteri. quandoque ab agendum, C.
de inge. ma. diffamari. quandoque ad proſequendam appellatio
nem, vt ſ. quandoque ad cōſecrandum & purgādum, ext. d̄ trāſ
lat. epiſco. c. 2. §. ſed neque. ext. de teſt. tam literis. §. demū. & ſeq.
p & in dec. Alex. III. de ſacra vnct. [p] quādoque ad negotium de
cidendum, ext. de off. dele. de cauſis. quandoque ad exceſſus pu-
niendum, ext. de off. ord. irrefragabili. §. exceſſus. & §. cæterum.
quandoque ad reſtitutionem petendū, extr. de reſti. ſpo. frequēs.
lib. 6. quandoque ad excommunicationis exceptionem proban-
q dum, ext. de excep. pia. lib. 6. [q] quandoque ad litem conteſtandū,
r ff. de pet. hære. ſi quis libertatem. §. j. in fi. & C. de remi. pig. ſi eo [r].

## ADDITIONES.

a No. ¶ Et ver. ſeq. & ver. ſed nunquid. & vt prædixi, hic inſeruit Cy. litiga-
toriam, quæ eſt ad incipiendam litem per ꝓteſtationē: ad qd̄ non tenetur
reus, niſi prius ſatiſdet actori, ſecundum auth. quod fieri. C. e. ſed non iuſto,
quia hoc hodie non ſeruatur, ut patet j. de ſatiſ. Item hic ſequitur de proba
toria, in qua multum inſtat Cy. quærens de tribus. ¶ Primo. quæ requirant̄
ad hoc, vt detur. ¶ Secundo, quo tempore moderetur. ¶ Tertio, quoties
concedatur. De primo videbit iudex, quid ille vult probare: quod ſi eſt im-
pertinens, vel impoſſibile, vel calūnioſe dilatio iure petitur, cū ꝓbatio ſit
perempta, illam denegabit: alias ꝓcedet eam moderando ſm qualitatem
probationis & loci diſtantiā, de qua requiritur ꝓbatio. De ſcd̄o dicit, mo-
deratione fieri ſm diſtantiā loci, & ꝯditionem perſonarum, & qualitatem
cauſæ. arctare enim poterrit illas tres ſpecies dilationum, de quib. in ipſa l.
j. C. eo. titu. & 3. quæſt. 3. §. ſpacium. Vt enim ex litera patet, lex illa non di
cit ſimpliciter tantam dilationē dandam: ſed dicit: non amplius dandam
cui ꝯcor. l. vlt. eo. ti. hoc etiam ſcripſi in decr. vltra tertiam. vbi ſtatim remit
tam. Vnde lex 3. C. e. dicit, quandoque integram dilationē, quandoq; eius
partem tantum. Et aduerte, quia auctor breuiter hic aſsiſtit ei, quod reci-
tat ibi Cynus poſt Petr. improbando Innocentium, quem dicit voluiſſe ha
bentem teſtes in prouincia, & extra prouinciam, & vltramarinos, pro ſin-
gulis habere ſua tempora integra: quod eſt dicere, tres menſes pro primis,
ſex pro ſecundis, nouem pro tertiis: & ſic 18. menſes quod eſſet abſurdiſſi-
mum. Confundentur ergo dilationes & tempus in tempore computabitur
Hoc ergo voluit auctor, recipiendo id, quod plus poteſt extēdi. Super hoc
autem, vide, quod clare ſcripſi ponens, quo caſu vtrunq; dictum procedere
pōt, de teſti. vltra tertiā. ſub 6. q. in tertio, quod Cynus proſequitur ſ. quo-
ties detur dilatio probatoria, circa qd̄ ꝓſequitur materiā l. vltimæ, ff. e. ſuf
ficiat remiſsio ad eum, & ad no. ſ. de teſte, §. qualiter. & dicetur j. de proba.
§. 2. & ſcripſi ext. de teſti. in cauſis. & vide j. §. videndū. in prin. Subdit etiā
Cy. pro quinta ſpecie, dilationē allegatoriam: ſic dictam, quia datur ad alle
gandum, quod fieri debet. C. de iud. l. iudices. & hæc datur iudicis arbitrio,
ſi partes ſunt præſentes: ſi abſentes, obtinet auth. iubemus. ibi poſita. ſic po
nit ad literā. Mihi ſufficit remittere ad ea, quæ plene ſcripſi j. de diſpu. & al
lega. in prin. Suodebat Cy. de dilatiōe expectatoria: q̄a dat̄ ad expectādū:
quę, ſm eū, datur qn̄q; præſenti in certis caſibus: Vnꝰ, in auth. de fideiuſ. §. j.
Scd̄s, C. vbi in rem act. l. 2. Tertius. C. vbi de cri. agi opor. auth. qua in pro-
uincia. qn̄q; abſenti actori. C. qn̄o & qn̄ iu. auth. qui ſemel. & reo, e. ti. ad p-
emptoriū. & l. ſeq. C. de iud. ꝓperandū. §. ſin aūt reus. In nōſtro habemus
multas tales iudiciales, & extraiudiciales: ut lite non ꝯteſt. qm̄. §. ſi vero ali
ter. cum ſua gl. de cle. nō reſi. ex tuę. de ſpon. in præſentia. de frigi. laudabilē.
& 6. lib. de ꝯſue. c. fi. de elect. c. j. & c. vbi periculum. ver. hoc ſacro. & c. cu-
pientes. §. ꝙ ſi & cle. de hæretic. c. j. poſt prin. Sequitur, ſm auctorē & Cynū
de diffinitoria: quam tamen aliter ponit Cy. quam auctor, ſ. pro termino,
quem iudex partibus ad diffinitiuam audiendam facta concluſione, &, vt
dicit neutra parte veniente, illam nō proferret, ff. de re iud. de vnoquoque.
vtraq; vero præſente vere, vel altera vere altera interpretatiue, illam fer-
ret, vt ibi no. C. quomodo & qn̄ iud. ꝯſentaneum. & neceſſaria eſt talis dila-
tio, ēt in his q̄bus proceditur ſimpliciter & de plano, vt in cle. de ver. ſigni-
fi. ſæpe ad fi. ver. ſententiam. licet in illis nō ſit neceſſe exprimi perempto-
rium, vt ibi. Eſt & ſm Cy. octaua ſpecies, iudicatoria: hāc autor vocat exe-
cutoriā, de qua ſtatim ſequit̄: & de illa intellexit Cy. in qua non inſto, ma-
xime ꝓꝑ remiſsionem, quam dat hic finis. Addit demum. Cy. de appella-
toria, & perſecutoria, de quibus ſtatim ſequitur.
b Spacium. ¶ Putat Gui. de Suz. ꝙ licet de dilatione 9. menſiū tā modicum
ſuperſit, ꝙ habens dilationem, qui non miſit vltra mare, amodo mittere nō
poterit, non tn̄ ꝓcedet iudex ante finē dilationis, niſi prius ex iuſta cauſa di
lationem abbreuiet, pro materia remitto ad dec. ꝯmiſſa j. reſponſo, de ele.
li. 6. Sed an illa ſit iuſta cā decurtandi, non dicit. Ego non video, ꝙ decurta-
tioni ſit locus hoc caſu: ſed ſi iudex eſſem, ex hac iuſta cauſa reuocarē, non
obſtante dec. cōmiſſa, quæ loquitur in mero termino iuris, & eius pœna.
c c. pen. ¶ Et dic, vt ibi.
d Apud. ¶ Secundum Tanc. vbi ſ. ¶ Adde pro hac materia, do. Abb. Sic. &
alios præſertim nouiſsime ſcribentes, in d. dec. quod ad ꝯſultationem. extr.
de re iud. & aliquid per eundem Sic. in c. bona fides. ext. de depo.
e Nunquid. ¶ Et de ap. concertationi. lib. 6.
f Annus. ¶ Computandus, ut in cle. de app. ſicut.
g Supplicatio. ¶ De hoc j. de ſupplicatione.
h Confirmatoriæ. ¶ Hanc præcedere debuiſſet j. prox.
i Quam ſit. ¶ De his plenius no. de elect. ſi electio. lib. 6. in gl. pe.
k In cunctis. ¶ Et c. licet canon. lib. 6. & cle. de æta. & qual. vt ij, qui. & de of.
vic. c. vno., & de ſta. mo. ne in agro. §. cęterum.
l Pœnitentiales. ¶ Has Hoſt. vbi ſ. vocat ſaluatorias. ¶ Adde, ꝙ dilationes
pœnitentiales ſint arbitrariæ, tex. in c. Deus, qui. de pœ. & remiſ. Item ſacer
dos plurimum poteſt prodeſſe ipſi pœnitenti circa huiuſmodi imponēdas;
per tex. diui Auguſt. in c. quē pœnitet. de pęn. diſt. 1. Ab. Sicul. in d. c. Deus,
qui. extr. de. pœ. & remi.
m Licet. ¶ Vbi de hoc in j. gl. & ſuper ea.
n Legatum. ¶ Vel præbendam vocantem, de conſue c. fi. lib. 6.
o Eligendum. ¶ Seu præeligendum, de poſt. c. vno, lib. 6. & de præb. ſi pluri-
bus. eo. lib.
p De ſacra vnct. ¶ Quam non habemus, in 6.
q Lib. 6. ¶ Quandoque ad probandam ipſius culpam manifeſtam, de ſent.
exc. ſolet. libr. 6.
r Si eo. ¶ Horum aliqua notauit Vinc. de except. paſtoralis. licet. ſ. allegata
ſint, & addiderim aliqua iura noua, proſequar tamen, quo ad illam mate-
riā inchoatā, & quia iſte ver. vltimus in prin. permiſcet dilationes iuris &
iudicis, has concepi diuidere, de ſecundis primo tractando: & præmiſſo,
ꝙ papa quandoq; dat dilationes finitiuas gratiarū ſuarū, de reſc. ſi gratioſè.
& c. ſi ꝓꝑ. li. 6. fac. e. ti. c. fi. ſubdo, ꝙ dilationes, quæ iure nouo iubētur, vel ꝑ
mittuntur dari per iudices, habentur lib. 6. de electi. quāuis in fi. e. ti. cū ex
eo. & c. ult. de of. ord. de arb. c. fi. de reſt. ſpo. frequens. §. ſolet. de teſti. præſen
tium. §. teſtes. & §. ſi vero. de appe. c. cordi. & poſt hoc eod. tit. legitima. de
vit. & hon. cler. c. 1. verſi. ſi autem. de præb. ſi tibi abſenti. de conceſ. præb. ſi
capitulo. de reb. eccleſ. non alien. hoc conſultiſsimo. in fi. de priuil. cum per
ſonæ. de ſen. excō. c. ꝯſtitutionē. ad idem cle. de ſtat. regu. attendentes. in fi.
& de iure pat. c. j. Item per ipſa iura noua habemus dilationes ſine miniſte-
rio iudicum. Et hæ quandoque ſunt vitatiuæ pœnarum: quandoque ipſarū
duratiuę: quandoq; determinatiuæ caſuum. De primo, de elect. vbi pericu-
lum. §. in ꝯclaui. & c. cupientes. §. cæterum. in prin. dec. quam ſit. & c. licet ca
non allegatæ ſunt ſ. de vit. & hon. cle. c. vno, in prin. de ſepul. c. j. §. ſi vero



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

de iure pat.c.vno,de cenſi.exigi.ver.ſtatuentes.de hæret,cum contumacia,de uſuris,& uſurarium.ver,ſed huiuſmodi.& ver. quã ſit. de iniur. & dam.da.& ſi pignorationes,in fi.de pœnis,felicis,in fi. de ſen.exc.c. j. ver. exemplum.& c,quicunque.ver.niſi.j.& 2.& in fi.ad idem cle.de ætа.& quali.ut ij qui.de vi.& honeſt.cle.c.2.ver.ſed & tales,de deci.c.1. ver. niſi poſt. de ſta.regul.ne in agro.§.cæterum.de uſuris,c. j. ver. eandem. Eſt & vna uitatiua ſequeſtrationis per poſſeſsionem triennij,in clemen. de ſeque. capitu.vno. ¶ De ſecundis dilationibus,ſcilicet duratiuis pœnarum,de ele. ca. j. §. qui vero.& c,cupientes.§.cæterum.poſt prin.vtrobique de ſuſpenſione beneficiorum per triennium,cum aggrauatione.de ſuſpenſione vero annali, à diuerſis tamen actibus,loquuntur de elect.prouida.in fin.de temp. ord.cos.& c.ſi.de offi,dele.c,ſi,ver.vt autem,de re.iud,ca. j. §.ſi quis de triennio, de reb.eccl,non alie,c. 2.verſ.& nihilominus,de ſuſpenſione vnius menſis, de ſent.ex,cum medicinalis.verſi.ſi quis autem,De anno, & de ſex menſibus,in clem.de vita & honeſt.cle,c.2.De anno & biennio,de ſta. mo. ne in agro.§.ſi quis,Et in his plus non inſto.propter xxv. ſpecies ſuſpenſionum, quas notaui in cle.de penis,cupientes.in magna gl. ¶ Venio ad tertium, ſ.de dilationibus iuris noui,quæ ſunt principaliter ad determinationem caſuum:& dictu.n,vel additum eſt ſ̃,de decretal.vlt.de conſuetud. de poſtu. c. vno,de elec.quam ſit,& c.licet canon.& aliis cle.coniunctis.decr,frequens. ver,ſed ſi.de reſti.ſpo.de exce.pia,de ſent.exc.ſolet.de præben.ſi pluribus, ad fi,vltra quæ habemus de elect.c.j.determinatum tempus,quo appellans in beneficialibus ad Papam debet iter arripere,& ſe præſentare. hic ſtatim inſtabo cui conuenit ſuis caſibus dec.cupientes. e.ti.& quo ad illa duo,conc,decr.quamuis,de off.ord,Decr.nemo.e.ti.de elect.determinat tempus.quo durat commenda parochialis eccleſiæ:dec.ſi electio,tempus eligentiũ,cum prima electio non proceſsit:dec,1, & 2. de reſti. in integ. determinat tempus reſtitutionis in integrum dandum eccleſiæ;cui conuenit cle,e.ti. dec.2.de præſcr. determinat duo tempora præſcriptionum contra Romanam,vel alias eccleſias:dec.ab eo.de app.tempus petendorum apoſtolorum:cui conuenit cle.eo ti.quamuis.dec.ſtatutum,de præb.tempus conferendorum beneficiorum in curia vacantium:decretalis vnica,de iure pat.tempus præſentationum faciendarum per patronos clericos vel laicos;dec.eos qui. de reg,determinationem facit circa annum probationis. Quando etiam incipiat currere tempus datum in literis gratiæ ad acceptandum, determinat cle.de conc.præb.c.j.in fi.Propter id,quod ſ̃.dixi ſubuer. venio ad terminum,dec.j.de ele.lib.6.quæro ſi epiſcopus.à cuius prouiſione appellatur ad papam,ſtatuit appellanti certum terminum ad proſequendum, vel ad aliquam proſecutionis ſpeciem,an per id ſit receſſum à prouiſione illius dec. Et dicendum eſt,ꝙ non:quia iam per hoc ſequeretur, conſtitutionem papalem per inferiorem particulariter tolli poſſe.quod eſt falſum, vt in cle.Romani.de ele.cum concor.Item eſt certum,quod quando duo diſparis poteſtatis concurrunt ad idem,minor cedit maiori, extr. de of.del.volentes.de ap.ſi duob,poſito,ꝙ epiſcopo ius ignorare non liceat. ad idem. ff. de duo.reis,l.ſi reus.de fideiuſ. l generaliter. Concurrentibus igitur termino, vel quod plus eſt,deuolutione iuris & iudicis,cum poteſtas iudicis pendeat a iure:ergo patet terminum & deuolutionem iuris potentius operari cum ſit primus agens, & iudex ſecundarius. Item a ponderatione temporis eſt etiam iuris terminus prius agens in momẽto.n.appellationis factæ ligat terminus iuris;per quod patet,qđ terminus hominis ſequit̃.Et ſic cõcluditur,quod ius eſt primum agens & prius agẽs:ergo prouiſio eius durat:& hominis prouiſio non deuoluit,quod iam inuenit deuolutum:facit.ff.de procur,licet.§.ea obligatio.& quod ibi not in glo pe.præcipue cum terminus hominis ſit productus in defectum,ſ.quando ius non ſtatuit terminum. Imo poteſtas data iudicibus per iura vetera de tali termino ſtatuendo in illo beneficiali caſu,videtur eſſe ſublata,patent exempla in dec.quam ſit. & decr.licet canon,& ſimilib.ſuperius allegatis.Item conſtat, quod licet per iura vetera poſsit iudex a quo,ſtatuere teminum appellanti ad iter arripiendũ,vel ad ſe præſentandum,de ap.perſonas.vbi de hoc,& c.ſeq.non tamen terminus ille arctabat appellatum,nec deuoluebat negotium:quod facit terminus dec.illius,quæ arctat non ſolum appellantem & appellatum,ſed etiam alios,quorum intereſt.quod ergo tali iudici olim non licuit, multo minus hodie,Vnde videmus etiam in non beneficialibus terminum datum à iudice a quo, non arctare appellatum, nec deuoluere negotium, licet appellatus ſe arctare,& illud deuoluere poſsit,ſi hoc petat, per dec. cordi. de ap.li.6.Concluditur ergo,cum epiſcopus nullam poteſtatem habeat deuoluendi per terminum datum ab eo inutiliter,de prouiſione illius dec. nil immutatum. ¶ Adde,quæ no.per.Bar.& nouiſsimos,in l.cum ſtipulatus ſim.ff.de ver.ob.vbi ponitur,an terminus datus ab homine,tollat legalem.

¶Dilationes concedere cuius ſit.

**2.§.Sequitur** videre quis concedat eas. Et quidem ius, vt patet in præ.concor.veruntamen repræſentatorias,& reuocatorias,& exemptorias,& quaſdam alias cõcedit iudex,ut in præ,conc.& breuiter omnes dilationes iudiciales,præterquam appellatoriæ,arbitrariæ ſunt:qđ dic, vt in Summa do.mei e.ti.§.quis ipſas.& no.extr.de app.cum ſit Romana [a].

ADDITIO.

a Romana. Vide,quod no.extr.de ſen,exc.ſolet,in gl. dixit Ber. & quod ibi dixi & de reg.iur.indultum. libr.6.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio petenda eſt & danda iudice pro tribunali ſedente, cauſa cognita, & vtraque parte præſente.*

2 *Proceſſus nullus non poteſt ratihabitione confirmari.*

3 *Stipulatio iudicio ſiſti,an committatur, vbi iudex ſtatuit terminum partibus,quem poſtea ad petitionem rei prorogauit actore ignorante:qui actor conuenit primo termino,reus autem non,ſed ſecundo.*

4 *Termino peremptorio ad dandum omnes exceptiones peremptorias dato, an eo elapſo poſſit eum iudex prorogare.*

5 *Termino dilationis elapſo, an poſſit iudex altera parte inuita alium aſſignare.*

6 *Reo uolente aliquam dilatoriam proponere,quid actori incumbat petere.*

7 *Auth.offeratur,an per decretalem,paſtoralis,tollatur.*

8 *Iudex ſemper poteſt ante litis conteſtationem recuſari.*

9 *Volens exceptiones proponere die ad eas proponendum aſſignata, ſi terminus labatur, & iudicis præſentia non poſsit haberi, qualiter ſe debeat habere.*

¶Dilationes quando ſunt concedendæ.

**3.§.Nunc** videamus quando cõcedantur.Et quidem eſt bona fide,& nõ ex malitia,cauſa ſ. prorogãdi litem,petuntur.Materia enim dandarum dilationum amputanda eſt,C.de temp.app.l.2.in prin.Præſumũtur aũt peti bona fide in caſibus a iure cõceſſis,& poſtquam iuratũ eſt in cauſa: ꝙ ſi nõ eſt iuratum,& iudex dubitat an malitioſe ſeu calumnioſe petuntur,exigere poteſt ſuper hoc iuramentum.Prima tamẽ facie pſumit̃ ꝯ petentẽ dilationes,& contra accipientẽ:& ꝯceduntur etiã ante litis ꝯteſtationẽ & poſt,& ante ſententiam,& poſt.quæ dic, ſecundum do.meum in Sum.eo.ti.§.& quãdo.Itẽ hoc ſcias,ꝙ dilatio petenda & danda eſt iudice pro tribunali ſedente, & cauſa cognita,& utraque parte præſente,C.de dila.à procedente. quæ
1 eſt 3.q.3.§.ſpatium.† ¶Sed pone,ecce reo abſente iudex actori præſenti,uel econtra,præfigit terminũ ad producendũ inſtrumẽ
2 ta,uel ad docẽdũ de ſuo intereſſe,uel ſimilia [a]; præſens uero reſpõdet,domine id nõ poteſtis facere parte abſente:dicit iudex,bene habebit abſens hoc ratum:demum abſens ueniens ratificat talem terminum apud acta:quæritur,an ualeat talis aſſignatio? Et videtur,ꝙ nõ,per præ.l.a ꝓcedente,cum enim talis actus ſit iudicialis,ut ibi,ext.de proba. quoniam contra.non poteſt fieri parte abſente,ext.de cau.poſ.& propri.c.j.C.ſi per uim,uel alio mo
2 do poſ.tur. fu.l.ſi extr.de ma.& obe.inter quatuor.† qa quæ cãcognitionem deſiderant, per libellũ,id eſt,per ſententiam partibus abſentibus latã, nequeunt expediri,ff.de regu.iur. omnia ad idem facit ff.de re iud.de unoquoq;.ff.famil.erciſ.in hoc iudicio ff. quæ ſent. ſine app.reſc.l.j §.item ex eo. Si ergo nullus eſt talis proceſſus,non poteſt ratihabitione confirmari,xvi.q.3.§ poteſt. extr.de elec auditis In contrariũ probatur.nam hoc peremptoriũ habet uim interlocutoriæ,ut ff.de arbit.qualem.alias incipit,dicere.prope ſi.& interlocutoria ferri poteſt parte abſente,ut ff.eo.diem proferre:in prin.præ.autem l.de unoquoque.quæ eſt ꝯ loquitur in diffinitiua,cum multis cõcor.Item dicit lex, ꝙ iudex monita parte ꝑ ſe, ꝙ ſententiæ adſit,poteſt ſententiare, licet abſit:nec dicit,quod utraque pars debet intereſſe huic monitioni,C.quom & quand iud.l.2.Præterea hic de facto abſentis non agitur,nec ſibi terminus aſſignatur.nec ſibi in aliquo præiudicatur:quibus caſibus eius præſentia requiritur:& ſic loquuntur prima iura:ſed ſolum præſenti terminus præfigitur.Siue ergo abſens ratificet,ſiue non,ualet quod agitur,ſi non contradicit. Ar.extr.de in integ.reſt.ex literis.& c.ſequ. propeſi.& de dila. c.1.in fi.& de dolo & contu.c.ſi.de off.del conſuluit. Item multum operatur, ꝙ iudex poſuit ſpem in ratihabitiõe rei,ut ix.q.2.Lugd.& no.ea.q.c.1.Hoc ultimũ approbauerunt multi ſapientes a me conſulti. cum enim in fauorẽ eius inductũ ſit,ne eo abſente detur dilatio. ut in præ.l.a procedente.non debet hoc in eius læſionem retorqueri.C.de legi.quod fauore.quod fieret,ſi hæc aſſignatio facta forte in eius fauorem,non ualeret Valet igitur & arctat,ſecũdũ eos,talis termini aſſignatio,præſertim abſentis ratihabitione ſecuta,dũmodo huius ratihabitio ante ipſius termini lapſum fiat, & ei,cui datur inſinuetur,ff.rem ra.hab.bonorum.quidam tamẽ
3 contradixerunt † ¶ Sed pone, iudex ſtatuit terminum aliquem partibus,quem poſtea ad petitionem rei prorogauit:actor uero uenit in priori termino;reus autem non uenit in illo, ſed in ſecũdo:quæritur,an ſit cõmiſſa ſtipulatio iudicio ſiſti?Et uidetur, ꝙ non,propter iudicis auctoritatem arg.C.qui admit ad bo.poſ.l.bonorum quidem.in fin.C.de iur.delib.ſi infanti.§.fi.ff.ad Treb.ſeruo.§.cum prætor.ff.de re iud.ſi cõuenerit.ff.de arbit.diem.ꝓpe fi.Arg.contra in præ.l.a procedente.in prin. & extr. de reſcr.cæterum.in fi.C.quom.& quan.iud. ea, quæ.Diſtingue, aut reus ſuggeſto mendacio obtinuit dilationem:& tunc committitur,C.ſi ex fal.alleg.l.j.& per totum. Aut ex vera & iuſta cauſa;& tũc excuſatur,ff.de excuſ.tut.qui teſtamẽto ff.de aqua plu.arc.l.quãuis.extr.de reſcrip. ſuper literis. tamen ſi reus interim præſcripſi[...]

ADDITIO.

a Similia. ¶ Stãdo in his terminis ſimpliciter tenuit Gui.de Su.di[...] tenere,hoc no in l.à ꝓcedẽte.ꝑ ipſam l.& ꝑ l.ſi.C.ſi ꝑ vim.& l[...] inferi' alleg.& C.ſi vt ab hære.ſe abſt.auth.oẽs.& ff.de min.

pſſet ius actoris, nihil debet ſibi imputari,vt dñt quidam. Iudex
autem,ut dicunt,reſtituet damnum parti læſæ,vt C.de teſtibus.ſi
4 quando.in fi.† ¶ Et ſunt hæc in arg.ad quæiſtonem,quæ ſæpe đ
facto occurrit:ſi datus eſt terminus peremptorius,uel ad dandũ
omnes exceptiones peremptorias,vel ad aliud,an eo elapſo poſ
a ſit iudex eum prorogare [a]? Et videtur quod ſic, ſecundum præ-
miſſa,& ar.ff.de re iud.quod iuſſit.ext,de ap.cum ceſſante,de of-
fic.dele.conſuluit.Dic tamen contra.nam terminus perempto-
riusuim habet interlocutoriæ,ut ff.de arb.qualem in fin.nec eo
elapſo debet quis audiri cum perimat articulum, ſuper quo aſſi-
gnatur.alias enim nullus eſſet litium finis,24.q.3. de illicita. extr.
de prob.licet.& de in integ.reſt.coram. C.de inge. ma. diffama-
ri.ext.qui matr.accuſ.poſ.cum in tua.Cum ergo iam interſit par
tis,non poteſt ſine cauſa prorogare , quam debet in prorogãdo
exprimere,vt ſ.đ citat.§.uiſo.uer.primo:maxime ubi reus termi
ni aſſignationi non contradixit.Præterea lapſo termino, non eſt
terminus.vnde quod non eſt,prorogari,non poteſt:ext. de deſ-
pon.impub,ad diſſoluendum.cum ſuis concor.De nouo autem
ex cauſa concedi poſſet.Sed ante quam lapſus ſit, bene poſſet ꝓ
rogare,iuxta præmiſſa:quia tunc non tantum intereſt actoris, ar.
ext.de officio deleg.de cauſis.ff.de iud. l. 2. §.ſed iudex. & iunge
5 hic,quod eſt ĩ.prox § uerſ.ſed nunquid terminum.† ¶ Sed nun
quid poſt lapſum terminum poteſt iudex altera parte inuita aliũ
aſſignare? ar.quod ſic,ext.de app.cum ceſſante.ff.de re iud,quod
iuſſit,C.de dilat.ſiue,præſertim,ubi non eſt eius damnũ, ut ff.de
opt.leg.l.mancipiorum.Iudex tamen ſine cauſa legitima hoc fa-
cere non debet,ut in præ.l,quod iuſſit.& uide,quod no.ff. de te-
6 ſta.tu.l.antepe.† ¶ In ſumma nota,quod ſi actor uidet reum uel
le aliquam proponere dilatoriam,petat a iudice ſibi aſſignari ter
minum ad dilatorias proponendas;quia hoc introductum eſt in
eius fauorem,& in odium fugitiui,qui hodie unam , & poſt cras
aliam proponere uellet:extr.de excep.paſtoralis.& nunquã hũc
terminum peteret,licet ſi ar.contra,quod id fiet ad petitionem
b rei,extra.de appellat.cum cauſam [b].Sed & ſi non petatur,iudex
ex officio ſuo ſtatuet eum ut malitiis obuiet , ut ĩ. de except.§.2.
uerſ.cæterum.quod uerum eſt,ſi reus aliquam proponit , & non
aliter:quia poſſibile eſt,ꝙ nullam uelit ꝓponere ,cum forte nul-
c la ſibi competat [c].† ¶ Nũquid ergo per decre.paſtoralis.tollitur
7 auth.offeratur.quæ dat.xx.dies ad proponendum declinatorias.
uel an iudex habet neceſſe præfigere illos xx. dies? Reſpon. non
tollitur,ſed per decre.illam iudex poteſt reſtringere tempus xx.
dierum,ext.de ap.cum ſit Romana.ff.de re iud.l,2.extr.e.ti.quod
ad conſultationem ff.de uer.ob.continuus.§. 2. nec habet iudex
neceſſe præfigere illos xx.dies,alioquin inutilis eſſet prouiſio il-
lius dec.Quod ergo dicitur in præ.anth.xx.dierum gaudeat indu
d cis:ſupple,niſi iudex tempus breuius fuerit moderatus [d].† ¶ Sed
8 nunquid poteſt prædictos xx.dies iudex poterit recuſari? Reſp.
e utique ſemper ante litis cõteſtationem.ut in præ.dec.inter mo.[e]
niſi datus fuerit terminus ad dilatorias proponendas, poſt quẽ
nõ audietur,niſi cum ſolennitate,quæ traditur in pręc. dec.paſto
ralis.& in decr.Greg.X.de elec.ut circa.lib.6.& uide ſ de recuſ.§.
ſi aũt.uel niſi ſit minor,uel eccleſia:& tũc bñ p beneficiũ reſtitu-
tiõis in integrũ:quod dic,ut ĩ.de reſti.in integ.§.qs aũt.uerſ.illud
9 quoque.& ſeq.† ¶ Quod ſi terminus labatur , ne poſſit præſen-
tia iudicis haberi ,uolens exceptiones proponere die ad propo-
nendum eas aſſignata , ante noctis tenebras proteſtetur coram
diſcretis uiris,& coram notario in hunc modum:
¶ FORMA.Cum in cauſa tali,quam talis aduerſus me coram
tali iudice mouet,& mouere intẽdit,idem iudex mihi diẽ hodier
nam ſtatuerit ad exceptiones dilatorias & ad declinatorias pro
ponendas,nec poſſim dicti iudicis habere præſentiam:nolens per
ipſius abſentiam mihi præiudicium generari,cum,paratus ſim co
ram eo proponere exceptionem , ſi eum uidere poſſem , coram
ſ[?]obis talibus exceptiones ipſas propono,quæ tales ſunt: quia pe
riculoſum,&c.& te notarium rogo de hoc publicum ꝯficere in
ſtrumentum,2.q.6.c.biduum.extr.de of.ord.paſtoralis. ad fi.ĩ.in
trac.libel.de ap.§.j.uer.j.illud quoque.Sed ſi datus fuerit termi-
nus ad dandum in ſcriptis,expedit quod eas ſcriptas reddat tabel
lioni,qui ſcribit in cauſa,ut ſ.§.1.uer.ſed pone.

### ADDITIONES.

a Prorogare. ¶ ĩ.reprehenditur hoc uerbum ¶ Adde, quod Rom. conſil.
ccccxiiii,tenet contra hanc determinanionem Specu. contra quam dicit
eſſe caſum no.per Bald,in l. Titio centum.ff.de cõd.& demon. Et in quan-
tum Specu,dicit,quod ante quam elapſus eſſet terminus, bene poſſet pro-
rogare:adde ; quod idem uelle uidentur Ang.& Paul.de Caſt. in l.fi. ff.de
fer.ſed Ful.& Alex.ibi tenent contrarium: quia ſi in abbreniando requiri-
tur cauſæ cognitio,vt l. 2.ff.de re iud. quanto magis in prorogando? Adde
tu,an & quando pendente una dilatione,poſsit dari altera,uel poſsint dila
tiones accumulari?uide not. per Bal.l.quandiu.in uer.in ea.gl. ibi,&c. ff.de
hæred.
¶ Ibi factum narratur,nec ibi ille articulus examinatur: & uide
cap.paſtoralis.in gl.pone,ꝗ.& ſ.§.j.uerſ. & not.& ĩ.de excep.
§.2.poſt prin.
c Competat. ¶ Dicebat G.Na.e.ti.c.2.quod iudex inſerto libello actoris in
citatorio,dabit ei dilationem competentem mandando peremptorie, ꝗ
ueniat tali die oppoſiturus exceptiones dilatorias & recuſatorias ,uel reſ-
ponſurus libello,dicens ꝗ ſic fuit factum,in dec,ultima,de iud.in parte deci
ſa,& uerum dicit tamen.ut ibi patet, ſyndicus reorum proteſtatus fuit ſe
uelle exceptiones opponere: & ſic facit pro Gul.auctore, & forſan. ſic eti ã
fuerat ĩ.§.j,uer.ſed quid ecce.Dicit etiam ibi G.Na.ꝗ non cogitur iudex
recipere exceptiones.niſi prius recipiat libellum,per auth. offeratur.alleg.
etiam,de libel.obla,c,j,& ſi recipere nollet,procedet contra eum,ut ꝯ con-
tumacem ,niſi afferat ſe paratum reſpondere ſine libello:& tunc iudex libel
lum & reſponſionem talem faciet ſcribi in actis, de prob,quoniam. Et pu-
to eum intellexiſſe.quod deficiente reo in exceptionibus, reſpondere coge
tur,ut obtulit:& uide ĩ.de excep,§.2.ad fin.uer.illud quoque ,
d Moderatus. ¶ Vide ſ. de citat.§ nunc de temporum , in fin. & quod
ibi dixi.
e Inter mo. ¶ Ibi pleniſsime ſcripſi ſuper gloſſ.quicunque.¶ Adde ad uerſ.
ſeq.quia terminus legalis non currit impedito propter factum iudicis ,uel
aduerſarii,l.ſi cum ipſe.& ibi Bald.ff.de excuſ.tut.c.ſi autem.extr.de relc.
cum ſi.

### SVMMARIVM

1 *Dilatio quotieſcunque opus eſt,& bona fide petitur,dari debet.*
2 *Aſſignatio,termini in dilationibus qua forma tradenda ſit.*
3 *Termini omnes dati in cauſa poſt litem conteſtatam,intelligendi ſunt pe-
remptorii.*
4 *Cum præfigitur terminus ad reſpondendum libello , an reus tunc ueniens
poterit obiicere contra formam libelli,& contra perſonam iudicis , uel
actoris.*
5 *Procuratori quando aſſignatur terminus ad aliquid faciendũ,debet ſem
per dici.Et ad omnia quæ facienda occurrent.*
6 *Dilationes cum dantur tam actori,quam reo,quæ ſint prius adimplenda.*
7 *Teſtes non poſſunt produci,cum datur dilatio ad producenda inſtrumẽta.*
8 *Probationes ſine dilationis aſſignatione productæ, an ualeant.*
9 *termino dato ad probandum elapſo,an poſſint fieri poſitiones.*
10 *Exceptio peremptoria propoſita poſt datum pere mptorium ad producen
dum inſtrumenta,an per inſtrumenta poſſit probari.*
11 *Iudex poteſt arbitrio ſuo dilationes arctare,& ex cauſa prorogare.*
12 *Vbi atteſtationes,uel alia inſtrumenta parata edunt ur,danda eſt dilatio
ad deſcribendum,*
13 *Terminus dilationis ſtatutus,an poſſit a iudice decurtari.*
14 *Dilatio impetrata a reo pro requirendis probationibus , quomodo proſit
actori.
Aequalitas ſemper eſt in iudiciis ſeruanda*
15 *Teſtes poſſunt generaliter circa quemlibet articulum produci.*
16 *In fauorem alicuius introductum , non debet in eius læſionem retorqueri.*
17 *Procurator dimiſſus ab aliquo,quam dilationem habere poſſit conſu len-
di dominum.*
18 *Iudice alicui ſimpliciter terminum aſſignante ad aliquid certa die facien-
dum,cedit tota dies.*
19 *Dilatio ſemel tantum regulariter indulgetur:ex cauſa tamen pluries.*
20 *Dilatio non datur ſine cauſæ cognitione.*
21 *Dilatio an ſit danda a procedente iudice.*

¶ Quibus,quoties & quando dilationes dentur.

4.§. Videndum reſtat,quibus, & quoties, & quali-
ter dilationes dentur. Et quidem
dantur actori & reo,& accuſatori & accuſato.Quot autẽ dantur
actori,& quot reo in criminali cauſa,uel ciuili,uel ad teſtes ꝓdu-
cendos,& cui denegẽtur,& quando,plene dic ſecundum domi-
1 num meum in Sum.eo.ti.§.& quib.† ¶ Et no.quod quotieſcun-
que opus eſt,& bona fide dilatio petitur,dãda eſt,niſi tempus tri
ennii,quo cauſa perit,inſtet,C.de iud.properandũ.§.& ſi quidẽ
pars.uel tempus,intra quod cauſa expediri iubetur in reſcripto,
extra de offi.dele.de cauſis.& c.paſtoralis.§.fi. Regulariter tamẽ
una dilatio datur:quod dic,ut in præ §.& quib.etiam cum actori
obiicitur excommunicatio.e.ti.prudentiam.§.vi intra quam ni
ſi reus probauerit,actor admittetur:imo uidetur,quod duæ den
a tur in excommunicatione,ut ext.de excep.pia.§.prouiſio.[a] proſe
quere,ſecundum do.meum in Sum.eo.ti.§.quoties.
2 † ¶ Termini autem aſſignatio hoc modo ſcribitur.FORMA.Sta
tuit iudex terminum,uel ſtatutus fuit tali terminus ad proponẽ
dum,uel ad dandum in ſcriptis omnes exceptiones declinatori-
as & dilatorias,uel ad reſpondendum libello per talem porrecto
cuius tenor talis eſt.Cautela eſt tenorẽ inſeri, ne reus uolens habe
re dila

### ADDITIO.

a Prouiſio. ¶ Li.6.hoc non dicitur ibi,ꝗ ſuper vna oppoſitione excommu-
nicationis probanda detur duplex dilatio,ſed bene permittitur,ꝗ fiat du-
plex propoſitio:tertia non,niſi ex cauſa euidenti & prompta. ¶ Adde tu
ad materiam verſic.ſeq.quid ſi iudex ſtatuit terminum alicui , puta decem
dierum,ad reſpondendum poſitionibus,ſi ille reſpõdeat prima die,an pro-
pter hoc tota dilatio ſit conſumpta ? Dicas , quod ſic , ex mente Bal. in l.ſi
quis hæres.ff.de acquir.hære.

re dilationem ad deliberandum,dicat ſe libellum non uidiſſe,uel
habuiſſe. Vel ſtatuit utrique parti terminum octo dierum ad ſuas
probationes inducendas,ſiue ad docendum de iure uel intereſſe
ſuo,vel ad iurandum de calumnia,ſeu de ueritate dicenda,uel ad
faciendum teſtes iuratos deponere,uel ad ſententiam audiendū,
& huiuſmodi:& ſi terminus peremptorius ſtat⁹ fuerit ad aliqd
præmiſſorum,tūc dicatur,ſtatutus fuit terminus peremptorius
3 octo dierum,&c.¶ Quida tamen dicunt,† ꝙ omnes termini da-
a ti in cauſa poſt litem conteſtatam [a],intelliguntur peremptorii,li
cet hoc nō exprimatur in eis,vt s̄.de citat.§.uiſo.ver.dicūt.quod
iure cautum expreſsè nō memini reperiſſe:niſi cum ter ſuper eo
dem articulo terminus aſſignatur.C.quom.& quando iud.l.tres
b denunciationes [b].veruntamen licet nihil tunc de peremptoriis
dicatur certum eſt,quod niſi quis termino ſatisfaciet,procedet
contra abſentem,ac ſi fuerit peremptorie aſſignatus. Si vero tūc
poſt terminū termino ſatisfacere velit,puta articulos,uel inſtru
menta offerre,uel aliud huiuſmodi,ad quod terminus aſſignatus
fuerat,facere admittetur,cum ſibi peremptorium non obſtet:&
c uide in præ.§.uiſo.uer.alias autem [c].† ¶ Et attende,quod cum p̄
4 figitur terminus ad reſpondendum libello, reus tūc ueniens po-
terit obiicere contra formam libelli,& contra perſonā iudicis,vł
actoris:arg.in præ.auth.offeratur,quod eſt uerū niſi prius ad hoc
ſpālem terminum habuerit. Qualiter autem aſſignetur dilatio ad
5 probandum,uide ĩ.de prob.in prin. † ¶ Hoc quoque diligenter
notandum eſt,quod quādo procuratori aſſignatur terminus ad
aliquid faciendum,debet ſemper dici,& ad omnia,quæ facienda
occurrēt.quod dic,ut s̄.de procur.§.ratione autem.uer.illud er-
6 go.† ¶ Et no.ꝙ cum dantur communiter dilationes tam actori,
quam reo,puta ad ponendum,uel ad iurandum,uel ad teſtes pro
ducendū,& huiuſmodi:prius debeat hoc actor adimplere,& pri
us debet ſibi terminus aſſignari,ar.C.de iuramen.cal.l.2.in princ.
& iiij.q.4.c.j.ff.de iud.qui prior. Vnde ſeruatur in curia,ꝙ prius
datur terminus actori ad ponendum,uel ad dandum articulos:ſe
cundo ſibi pro ſecundo,& reo pro primo:rurſus datur ſecūdus
ſoli reo: tertio datur utriſque cōmuniter perēptorius:& ſic ui-
ciſſim quodammodo ponent,vel articulos,dabunt,ext.de cauſa
poſſeſ.c.2.de ord cog.c.2.Si enim vltimus terminus ſoli reo dare
tur,& aliquid nouum proponeret,actor cōtra illud ſe defendere
nō poſſet, nec aliquid dicere,peremptorio termino ſibi obſtan-
te,xxiiii.q.3.de illicita extr.de excep.paſtoralis.de hoc no. ĩ. de-
poſiti.§.4.verſ.ſed pone.& fin.de proba.§.primo uerſic.ſed ubi.
7 † ¶ Item nota,ꝙ cum datur dilatio ad producendum inſtrumen
ta,non poſſunt teſtes produci,licet inſtrumentorum nomine te
ſtes contineantur:ut extr.de teſt.cog.peruenit.j.& de fide inſtru.
cum Ioannes.& eſt ratio:quia inſtrumenta poſſunt etiam produ
ci poſt apertas atteſtationes,cum in eis ſubornatio nō timeatur:
vt ext.de fi.inſtr.cum dilectus.qđ non procedit in teſtibus,ut ext.
de teſti.c.de teſtibus. Quid ſi data eſt dilatio partib⁹ ad probādū
& peremptorie,licet de iure talis dilatio peremptoria intelligat̄,
d quamuis non fuerit dictum [d],ff.de fer.l.in pecuniariis nūquid al-
tera pars poſt hunc terminū poterit producere inſtrumenta, &
per ea probare? Ar.quod ſic,C.de iud.iudices.ff.de edē.l.j.§ edē
da.vbi de hoc,& C.de iud.authen.iubemus nam hoc licet etiam
poſt apertas atteſtationes,ut C.ſent.reſcin.non poſ.peremptori
e as.extra de fide inſtru.cum dilectus [e].Quidam tamen contra.nā
talis dilatio comprehendit etiam probationem inſtrumentorū,
ut in præal.c.peruenit.& C.de dilatio.l.j ff.de fide.inſtru l.j.de re-
lig.& ſump.fun.at ſi quis.§.plerique.alias edictum iudicis deluſo
rium eſſet,quod eſſe non debet:vt ff.de iudic.ſi prætor.& facit in
authen ut cū de appel.cog.§.ſed hoc præſenti.infra uerſi.2.Et idē
iuris eſt,ſi datus ſit terminus ad probandum, & oſtendendum,qc
quid uoluerit:arg.extra de off.deleg.ſuper quæſtionum §.quem
vero.& extra de ap.cum ſpeciali.Hæc enim duo uerba pro eodē
poni videntur in authen.vt ij,qui obli.ſe ha.perhi.§.vt autem.itē
ff.de compen.l.fi.ponitur monſtrare,producere,ſeu allegare. V
trum ualeant probationes ſine dilationis aſſignatione producte,
8 vide C.de iud.properandum.§.& ſi quidem.† ¶ Quid ſi datus eſt
terminus ad producendum omnia inſtrumenta, quibus partes v
ti intendunt,nunquid poſt terminum audietur uolens produce
re?uidetur,quod ſic:quia non eſt cogendus quis edere inſtrumē
ta,niſi quando uſurus eſt,ut in præ.§.edenda Sed dic contra,ut ꝓ
batur & no ff.de opt.leg.mancipiorum.& C.de inge.ma.diffama
f ri.& ĩ.de edit.inſtru.§ nūc dicam⁹ uer.licet.aūt [f].† ¶ Item qd ſi da
9 tus ē termin⁹ ad ꝓbādū,nūqd illo elapſo poterūt fieri poſitiōes?
Credo quod non per partem,per præ iura. nam hoc eſt genus ꝓ
bationis & probationibus ſuccedunt.Iudex tamen ex officio ſuo
bene poterit interrogare,ut extra,de fid.inſtru.cum Ioannes.pro
pe fi.xxx.q.vlt.indicantem.Quidam tamen contra, C.de iudic.l.
iudices ff.de accu.ſi ea.& ſic dicunt de conſuetudine in aliquibus
g locis ſeruari [g].de hoc ĩ.depoſiti §.4.uerſi.ſed & ſi ante.† ¶ Quid
10 ſi poſt datum peremptorium ad producēdum inſtrumenta,pro
ponitur aliqua exceptio peremptoria,nunquid illa probari pote
rit per inſtrumenta? Dicunt quidam,quod non:tu dic,ꝙ talis ter
minus dādus non eſt,niſi poſtquam ꝓpoſita ſunt,quæ probanda
ſūt:& quo ad illa,talis termin⁹ p̄iudicat:ſi aūt poſt terminū aliqua
đ nouo ad ei⁹ notitiā ꝑuenerūt, & illa ꝓponit,vt ĩ.đ exce.§.di-
cto uer.ſed pone.illa ꝓbari poterūt p inſtrumēta:ar ext.de elect.
11 in cōſt.Greg.X.ut circa.§.fi.lib.vi † ¶ Itē nota,ꝙ iudex dilationes
arctat arbitrio ſuo,& prorogat ex cauſa,ff.de iud.nonnunquam.
ff.de re iud qui pro tribunali.extra eo.quod ad conſultationem.
& de appel.cum ſit.C.đ dila l.3.Si tamen hoc iniuſte fecit,& ſine
12 cauſa,appellatur,ext.eo.c.j.ff.de re iudic.ſi ſe.§.3.† ¶ Vbi atteſta
tiones,uel alia inſtrumēta parata edunt̄,dabitur ei dilatio ad deſ
cribendum,vt ff.de eden.l.j.§.edere.& etiam ad deliberandum ſu
per eis,inſpecta qualitate ſcripturæ,C.de dila l.j.in prin.ff.quem
admo.teſta aper.l.2 §.fi.ff.de iudic l nonnūquam ff.de re iud.l.2.
13 extra de prob.licet.& c.quoniam.† ¶ Sed nūquid terminum ſta
tutum poteſt iudex decurtare? Non uidetur:extra de appel ſigni
h ficante [h]. Vincen.contra,arg.ff.de arbit.qualē.§.ſi de pluribus cū
commoditate tamen partium,& ex cauſa euidenti:tamen præ.l.
qualem.loquitur,cum prolongatio & decurtatio eodem tempo
14 re fiunt:& vide s̄.§.prox.uerſi.ſed pone.& ſeq.† ¶ In ſumma no
ta,quod ſi reus impetrat dilationem pro requirendis probationi
bus,illa etiam actori prodeſt,ut C.de temp.in integ. reſtit.l.petē
de.in fi.& ſic habet actor per alium,quod forte per ſe nō poſſet
habere,ut C.de temp.appe.per hanc.& de appel.l.fi. Et eſt ratio,
ut in iudiciis ſeruetur æqualitas,ut ext de excep.cum inter.& iii.
q.ix.c.fi.& extra de iudi,nouit.§ pen.C.de prox. ſacro. ſcri.in ſa.
cris.& de fruct & lit.expen.l.final Hinc eſt, ꝙ ſi datus ſit termi-
nus partibus peremptorius ad probandum,ut ext.de prob.licet.
prope prīci.& intra illum pars altera teſtes producit,altera uero
legitime impedita non producit,propter quod pars impedita ob
tinet per beneficium reſtitutionis in integrum ,puta quia eſt mi
nor,uel eccleſia aliam dilationem ad probandum, ſeu teſtes pro-
ducendum:certe pars altera,quæ iam produxerat teſtes , utetur
hac eadem dilatione ut iterum alios producat,non obſtante pri
mo termino peremptorio.& ſic obtinuit,per præ.l.petendæ.Qđ
uerum eſt,ſi teſtes producti nondum fuerant aperti.alias non ꝓp
ter periculum ſubornationis.Hoc autē ſic intelligo:nam ſi actor
ex facto rei huiuſmodi beneficium acquirat,ut teſtes iterum pro
ducat,producet ſuper eodem articulo tantum, & nō ſuper aliis
ab illo:ut ſi reus uelit probare illum fuiſſe maiorem tempore cō
tractus,ideoque nō eſſe reſtituendum,ille poterit probare ſe tūc
i fuiſſe minorem,ut ff.de minor.etiam § i. [i] Vbert.autem de Bo.in
telligit,quod generaliter circa quemlibet articulum poterit te-
15 ſtes inducere:& ſic,ſecundum eum,poterit reo prodeſſe.† Vt ſi
minor,qui eſt actor,poſtquam didicit teſtificata,petit in integrū
reſtitui ad teſtes ꝓducēdos,ꝙ & aduerſarius tūc poſſit probare
circa eundem articulum. Videtur tamen obſtare,ꝙ non fuit pro
poſitum pretoris ſubuenire maioribus ,ut C. ſi in com.eadēque
16 cauſ.l.unica:Prius dictum mihi placet.† ¶ Quid ſi reus,petita &
obtenta dilatione ad probandum uidet quod actor omnes dila
tiones habuit,& nil probauit:& ideo timens,quod actor probet
ſuam intentionem ex beneficio præ.l.petendæ.pœnitet,nolens
vti dilatione obtenta? Et uidetur,quod pœnitere poſſit. Cū enim
hoc in fauorem eius ſit introductum,non debet in eius læſionē
retorqueri,ut C.de leg.quod fauore Item cuique licitum eſt re
nunciare iuri pro ſe introducto:extr.de reg.ad apoſtolicā.ff.đ mi
nor.ſi iudex.Nam & ſi libellum appellationis porrexit,pœnitere
poteſt.2.q.6.ſi.quis libellos.C.de app.ſi quis.Item licitum eſt an-
te litis

ADDITIONES.

a Litem conteſt. ¶ Supple,præter datum ad ſententiam audiendam : de quo in cle. de verb.ſig.ſæpe.ad fi. ver.ſententiam.vbi vide in glo.ij.
b Denunciationes. ¶ Vide ĩ.ver.quid ſi data.
c Autem. ¶ Vide,quod ſcripſi de of. dele.conſuluit in prin. & in fin.
d Dictum.Vt no.s̄.§.j.verſ.& no. ¶ Adde Bar. in l. mancipiorum, ff. de opt. leg.& conſilio incip.ex facto proponitur, quod cauſa pecuniaria. ¶ Adde tu,quòd hæc dilatio probatoria,dicatur peremptoria:tenet Abb. Sic.in c. licet.in iiii.no.extra de prob.per illum text.item idē tenet in c.quoniā p̄.in 6.col.eo.tit.idē tenet Lāfr.in rep.d.c.qm̄ p̄.in 14.col.ver.circa.ex mēte Bar. & Ang.in l.fin.ff.de feri.idem tenet idem Bar.in l.j.C.de dilat.
e Cum dilectus. ¶ Alb.Pap.cuius fuit iſte ver.cum duobus ſeq.quaſi ad literam in l.diffamari.inferius allegata.
f Autem. ¶ Ibi vide,& in cle.de ver.ſig.ſæpe.ver.eo ſaluo.in gl.vbi ergo.
g Seruari. ¶ Hoc dicit Albe.Pap.ſuper præ.l.diffamari.
h Significante. ¶ Vide quod ibi not.in 3.gl & quod ſuper ea dixi.
i §.j. ¶ Per quam l.& per l.patri.eo.tit.§.j.& per l. ꝙ ſi minor. §. reſtitutio. dixit Azo.in Summa de reſt.in integ. ver. p̄. quod vbicunque reſtituitur minor,& eius aduerſarius,etiam maior reſtituitur in eodem tantum capitulo,& non in alio.remittit autem ibi ad not.per eum in ſum, de reputationibus:idē Mart.de Fano in ſuo trac,de quo dixi ĩ.de reſti.in integ.in prin. & hoc ſub.v.q.alle.12.q.2.Vulteranæ.de re.ecc.non alie.ad audientiam.de reſt.in integ.c.154.diſ.gn̄alis.uiđ gl.in ſum.de reſt.in integ.& qualiter in fi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

te litis conteſtationem pęnitere, ff.de nox.electio §. neque ff.de
rei vend.is qui.& de inter.act.de ætate §.fi. Ar.cōtra:nam hoc in
præ.l.actori conceditur:unde non eſt ſibi ab homine auferendũ,
xxviii.diſt.de his.ff.de dona.ſi patronus.& l.ſi arrogator.Item ſæ
a pe conſequitur quis ex alterius perſona,quod ex ſua non poteſt a
ff.quemad.ſer.amit.ſi communem.ff quæ res pig.ob.poſ.Ariſto
C.de appel.l.fin.& de temp.app.per hanc,& C.ſi aduer. tranſact.
l.i.& ii.& videtur caſus l. ff.de bo.poſſ. contra tab.ſi poſt mortẽ.
b §.fin.b & ad idem ff.de inof.teſt.poſthumus. §.ſi quis ex his.ff.de
17 æ.dil.edic.cum autem.in fi.¶ † Sed quæro,ecce aliquis dimiſit ꝓ
curatorem: nũquid procurator ille habebit dilationem, vt conſulat iſum dominum? Videtur,quod ſic,ut C.ubi.de cri.ag.o por
authen.qua in prouincia.prope.prin.& extra de procur. dilectus
c filius.Sed illud intelligitur,quando quis ante citationem ſe abſentauit.unde dic,quod non habebit,nam cum dominus prius eſ
ſet citatus, bene potuit deliberare dominos,ſecundum Vin.arg.
extra,de off.deleg.conſultationibus.extra,de eo,qui mit. in poſ.
cauſa rei ſer.c.fin. Vel dic,quod ſi dominus diſtat multum,nō ha
d bebit:ſecus,ſi prope ſit. Argumen.cōtra,C.ubi in rem ac.l.ii. c.†
18 ¶ Illud quoque non eſt ignorãdum,ꝙ ſi iudex mihi ſimpliciter
terminum aſſignat ad aliquid certa die faciendũ , tota dies mihi
cedit,Inſt.de uer.oblig §.in diẽ uer.at ne eo qdẽ.ſecꝰ ſi dixit, ut il
lud certa diei hora fieret,puta mane,uel ſtatim audiẽtia facta,vł
19 in nonis,uel dum ſedebit,& huiuſmodi.† ¶ In ſumma no. quod
regulariter ſemel tantum dilatio indulgetur:ex cauſa tamen dan
tur plures,ſed prima cum leui cauſæ cognitione , ſcilicet eo ipſe
quod petitur:ſecunda cum graui,ſcilicet præſtito ſacramẽto,ꝙ
e fuit legitime impeditus in prima, tertia & quarta e cum grauiſſi
ma.nam tunc non ſufficit ſacramentũ:imo alia probatio requiri
tur.Quinta vero non datur,vt legitur & no.ff.de fer.oratione.§.
20 fin.C.de ditatio.l.i.iii.q.iii.§.ſpatium.prope prin.† ¶ Vltimo no
ta,ꝙ ſecundum quoſdam,nulla dilatio datur ſine cauſæ cognitio
ne,ut C.eo.l.j.& l.a procedente.& in prę.§. ſpatium.Eſt.n.dilationum materia amputanda,vt C.de temp.& re.l.ii.in prin.extra de
f dol.& contu.finem & de axcep.pia.reſpon.g Ego dico , quod in-
duciæ citatoriæ dantur ſine cauſæ cognitione.qđ patet,quia dan
tur parte abſente,vt extra,eo præterea.ibi,ex reſcripto ſibi trãs
miſſo,&c.Idem etiam eſt đ deliberatoriis,ſecundũ Papam.vt ibi
dem probatur,quod non credo:cum illæ in iudicio dentur,vt in
auth.offeratur.Præparatoriæ autem & inſtructoriæ cauſæ cogni
tionem requirunt,iii q.3.§.ſpatium.ver.ei autem,& ſeq.Item po
teſt iudex augere, & minuere dilationes ſine cauſæ cognitione,
21 ſecundum Papam.† ¶ Sed cum a procedente iudice dilatio dan
da non ſit,vt in præal.l.a procedente.quid etiã,ſi eundo per locũ
vbi ius redditur,dilatio ab eo detur? Et videtur,quod non valet
nec arctat,per præal.l.ad idem in auth.de teſt.§.& quoniam,Qui
dam tamen contra,arg.ff.de interrog.act.uoluit.in fi. & in his,q
ibi no.ſuper rubrica:quia ſiue ſtando,ſiue ſedẽdo,ſiue eundo de
tur,dummodo in loco,ubi ſeruato more maiorum ius redditur,
bene ualet:arg.ff.de iuſt.& iur.l.pe.non.n eſt,ut dicunt,de ſpãlibꝰ
ſed de ſolennitatib.iudiciorum,ſedere.Sed contra in præal.l.à ꝓ
cedente.ibi,a concedẽte,iudice &c.ſed ideo dicit hoc,quia,vt di
g cunt,iudices plerunque ſedere conſueuerunt g.Item cōtra, ff.de
tutel.qui habet.§.penul.& ff.ad Treb.recuſare.j. de ſententia,§.
miſta.uerſi.item eſt nulla ratione modi. Sed tu diſtingue , utrum
ſit dilatio talis,in qua requirit cauſæ cognitio,uel ñ,ut s̄. Quid ſi
iudex dedit dilationem,& ciuitas,uel dominus indixit ferias re
pentinas:& in eis dilatio incidit, an ad id tempus debet fieri reſti
h tutio? Dicit Gui.quod nō h:tum quia tales feriæ improbatæ ſunt
ut C.đ fer.a nullo.tũ quia is,cui datur dilatio,proſpicere poteſt,
ne in eis incidat,ut ff.quib.ex cau.ma.ſed & ſi §.ſolennium.In cō
trarium tamẽ ſuadet æquitas i.Hoc autem iudex obſerua,ut adue
niente die termini aſſignati facias legi termini aſſignationem,vt
ſciatur,ſuper quo & adquid fuerit procedendum. multos enim
k errores contingere ex hoc uidi k.Item no.ꝙ ſi tibi conceſſa eſt di
latio ad aliquid agendum,& per partem alteram diuerſas dilaito
nes petentẽ impediaris facere intra illã,audieris poſt illã id faeere
volens vt C.de inoffic.teſt.contra maiores. in fi.& ff.de mino.in
tra vtile.C.de rei ven.more.extra de iudic.c.pe.extra,de in inte.re
ſti.ex literis.

ADDITIONES.

a Poteſt. ¶ De conceſ.præb.c.pe.& vlt.
b §.fi. ¶ Per quam l.hoc tenet Vber.& Gui.de Su.in præ. l. petendæ. & ff. de fer.l.ult.vide j.de reconuen.in fi.
c Filius. ¶ Vide,quod ibi dixi ſuper vlt.gloſ.
d L.2. ¶ Vbi non loquitur de procuratore,ſed de colono.
e Quarta. ¶ Non erant ſic iſtæ duæ miſcendæ.Adde,vt per Alex.in l.fi. ff. de fer.& Rom.conſ.ccxxv. & ſeq.
f [illegible]pon.i. ¶ Lib.6.
g [illegible]uerunt. ¶ Hucuſque fuit Gui.de Suz.in l.à procedente.ubi dicebat [illegible]ſdam ſapientes iudicatum.
h [illegible] Gui.de Su.ponit hoc dictum in l.à procedente.in fi.
i Aequitas. ¶ Secundum Gui.vt s̄.alleg.ꝙ per iudicem ſtetit, inducit præ.l. ſed & ſi.§.ſi feriæ.
k Hoc uidi. ¶ Concludit hic,ꝙ debuit prius ſcribi dilatio:ſed Gui.de Suzar. extra volumina ſuper l.iuriſiur. C. de teſti. quærit , an credatur iudici ſuper dilatione,quam dicit ſe dediſſe,nec reperitur ſcripta & diffuſe hanc proſequitur,tenet autem,quod ſibi in leui cauſa credetur,in ponderoſa nō. Tu tene,quod dicit dec. quoniam contra.de probat.& vide, quod ibi dixi in vlt.gloſſ.

ADDITIONES NOVAE.

* An dies feriata poſsit aſsignari pro termino.In.in c.expoſuit.de dil.
* An citatus ad diem feriatam teneatur ꝯparere ad diem ſequentẽ nō feriatam.Bal.in reperto.ſuper Inno.in titulo de feriis.Quid eꝯ ſi citet die feriata pro nō feriata.Bal.vbi s̄.& Cy.in l.in minorũ.C.in quib.cau.in inte.reſti. non eſt ne.in q.v.& Bald.in l.j.ff.ſi quis cautio.
* An habens dilationem octo dierum ad comparendum , poſsit comparere prima die,vel dẽbeat expectare vltimã diem : vide B. l.in l.j.ſi quis cautio. & nunquid ſi compareat,an ad aliquem actum faciendum teneatur facere citari aduerſarium:Bal.vbi s̄.& Bar.in l.in illa.de verb. oblig. & l qui ante kalen.eo.tit.Archi.in c.j.de ap.lib.6.Compoſtell. in c. cum nobis. de elect. & ibi Inno.& Ber.fac.l.ſi ita relictum.§.j.de leg.2.Bal.in l. eos.§.apoſtolos. de appel.& Auth. hodie ibi poſita. Bald. in l. ſi quis hæres de acquirend. hæredi.
* Nouus iudex nouam dilationem debet dare,l.edictum. de iud. & no. s̄. in titu.de cita. & nouus litigator nouam dilationem. Ange.in l. oratione. de feriis.
* Quanto breuius eſt tempus inſtãtiæ, tanto debent eſſe breuiores dilationes,Inno.& Hoſti.in c.de cauſis.extra,de offi.deleg.
* An propter contumaciam amicorum vel abſentiam ſit danda dilatio,not. in l.j.C.de dilatio.& l.ſciendum.de vſuris.
* In l.j.C.de dilationibus,Bald.quærit an Iudex partibus præſentibus,& nō petentibus,poſsit dare dilationem ad probandum quicquid incumbit: & dicit ꝙ ſic,per l.properandum.C.de iudi.quia poteſt abbreuiare lites,Bal. in l.fi.ſi quis cautio.Iac.Butr.contra.
* In Auth.ſi quando. C.de dila.not.ꝙ impetranti reſcriptum a principe nō eſt danda dilatio ad ipſum producẽdum:& ex hoc dicimus ꝙ actori facienti citari reum non eſt danda dilatio ad producendum mandatum:ideo debet in expen.condemnari.Bal.vbi s̄.
* Nota ꝙ interdum ſtatuitur terminus litis inſtantiæ,& non prorogatur ratione feriarum,dicta l.properan.interdum litis ſuſtinen.& tunc non poteſt prorogari ratione ſolennitatis feriarum ſed ratione alterius impedimenti ſic,l.2.de tempor.ap & l.petendæ de tempo. in inte.reſti. peten. interdum actionis ſubſtantiæ,& non prorogatur ꝑꝑ ferias repentinas, vbi petitur remiſsio,l.ſed & ſi per prætorem.§.ſi feriæ. ex quib. cau. ma. interdum præfigitur terminus ꝯparationi:& tunc ſi eſt taxata certa dies,non prorogatur,l. ex quacunq; die.ff.ſi quis in ius vo.nō ie.in fi.ſi autem non eſt taxata certa dies tunc prorogatur,l.2.§.ſi quis.ff.ſi quis cautio. interdum ſtatuitur terminus probationi,& tunc ſi ſe adſtrinxit,imputet ſibi,quia diligens debuit eſſe.arg.dicti § ſi feriæ.& hoc in dilatione hominis:ſed in dilationibus ſtatuti vel ꝯſtitutionis ſunt tp̄a vt li.1,vel.ſiue pars. de dila. cum ſimil. Bald. in l.ſi qñ.de teſtib.Quærit ſimiliter Bal.pone ꝙ eſt data dilatio quindecim dierum pridie palmas oliuarum,id eſt die ſabbathi præcedenti ( certũ eſt enim ꝙ dies xx.immediate ſequentes ſunt omnes feriati in honorẽ Dei) an iſti dies computentur in dilatione Hoſtienſis circa hoc dicit,ꝙ quando feriæ in honorem Dei introductæ redderent dilationem inutilem in totum, vel pro maiori parte,ꝙ tempore feriato nō incipit dilatio , ſed poſt ferias: ſin autem eſſent feriæ in vtilitatẽ hominum , tunc pro parte conſentiente termino videretur renuntiatum feriis:ſed ſi altera pars ꝯdicit , tũc aut debet dilatio prorogari,aut quia periculum imminet,ꝙ probatio pereat,recipiuntur teſtes non obſtantibus talibus feriis qui ita notauit in c.licet cauſam.extra de proba.& ita no.ibi in nouella.Bal.dicit hoc verum , ſi dilatio aſsignatur à iure à iudice nō valet,niſi eſſet princeps qui pro ſuo motu pōt prorogare dilationẽ,ut in c.pia.de excep.lib. 6.& in c. frequens de reſtitutione ſpo.& de teſtib.c.præſentium.Alii ꝙ imputet ſibi qui terminum acceptauit uel incidit ſua culpa,l.ſed ſi per ꝑtorẽ.§.feriæ.ex q cau.ma.nō eſt. n. ſubueniendum ei qui &c. ut in l.ij.§. quod diximus. ſi quis cautio. & ideo caueat ille qui opponit exceptionẽ excõicationis,ꝙ non opponatur tali die ꝙ poſtea tot ferię ſint ꝙ nō poſsit probare infra octauam diem , vt dicto c. pia.ſed per hoc nō tollitur id qđ ſupra dixi,qñ princeps proprio motu aſſignat dilationem,ut puta papa ſicut eſt in terminis Hoſti.
* Si iudex ſtatuat terminum octo dierum parti,quæ dilatio ſtatuatur per legem uel ſtatutum,quid iuris,no.in l.4.§.ſi quis.de re iud.fac.quod not.Bar. in l.3.de leg.2.De die expreſſa ab arbitro,an impediat purgationem moræ facit Bar.ff.qui ſatiſ.cog.
* Vtrum dies termini computetur in termino, Iac.Butr.& Bald. in l.j. ſi q̄s cautio.Iac.de Are.in l.fi.de ſena.& ſimiliter an dies ꝯctus debeat in termino cõputari,in l.j.de libe.agnoſc. per Iac. de Are. Bar. & Guil. de Peru. l. melius ibi Bal.in l.eos.§.ſin autem.de appel.
* Nota ꝙ qñ terminus datur à die ipſa,dies excluditur,de quo in clem. 3. de appell.ſaluo præterquam in termino interponend.appella.qui computatur de momento ad momentum,ut in c.quod ad conſultationem.de re iudicata.ſecus autem ſi detur a tempore:quia tunc dies ipſa termini cõputatur. de hoc not.in c.quam ſit.de electio.lib.6.in nouel.ſuper uer.ſubaudi , quod facit vt dies litis conteſtatæ computetur in termino triennii. Guil. de Peruſio vbi s̄.& Bal.in l.j.ſi quis cautionib.
* Si citatus eſt quis vt compareat tali die,& illa dies eſt feriata, an poſsit ſequenti die comparere.Guil.de Cu.in l.ſiue pars.de dilatio.& Inno.in c.cõqueſtus.de feriis.eo.ti. fac.Bar.& Bald.tangit in l.tempora. C. de tempor. appellat.Spe.in titulo de dila. §. j. & in titu.de citatio.§.tãgit in titulo de quæſtio.circa dilatio.§ 9.in fi.
* De dilatione & termino qui dantur ſub iſto verbo, intra & infra , not. in l. ſi ita fuerit libertas relicta.de manumi.teſta.Bal.in l.j.ſi quis cautio.

Quid

* Quid ſi datur terminus reo ad faciendum aliquid infra octo dies ad petitionem actoris, an actor debebit requiri per ipſum reum, ſi reus infra illud tempus veniat, & velit facere. Bar. ponit in l. qui ante Kalen. de uerb. obli. A c. i. in c. i. de appel. li. vi. Bern. Cõpoſtel. & Innoc. in c. cum nobis. de electio. & Bar. in l. ſed ſi alia. de conſtit. pecun. hoc dictum limitat, vt dicit Bal. in l. ſi ita relictum. de leg. 2.
* An probationes fieri poſsint nulla data dilatione, not. in l. in crimine. de adulte. per Bar. in l. interdum de iudi. & in conſtitu. ad reprimen. per Bar. Bal. in l. fin. ſi quis cautio. Iaco. Butrig. contra.
* Si omnes dilationes peremptoriæ ſunt elapſæ, actor dicit ſe habere quædã inſtrumenta pertinentia ad ius ſuum apud aliquem qui eſt in longiſsimis partibus, an debeat ſibi dari Ray. in l. interdum. ff. de iudicis, dicit ꝙ ſic.
* De tempore continuo & utili quomó accipiatur. no. in c. j. de in integ. reſti. in clemen. & in dubio præſumitur continuum, niſi probetur vtile, vt no. in rub. de diuerſ. & temporalib. præſcrip. & Authen. qui ſemel. C. quomodo & quando iu. Bal. in l. genero. de his qui notan. infa.
* Lex petendæ. de tempore in integ. reſti. habet locum ubi terminus præfigitur partibus, non iudici. In. in c. de cauſis. de offic. deleg. no. in l. fi. de adulte. & l. intra utile. de mino. & l. arbitrio. §. fin. de dolo.
* In l. ſi cum ipſe. de excu. tuto. allegatur quod ſi iudex ſtatuat terminum actori ad producendum omnia iura ſua, & reo ſtatuat dilationem quæ excedat illum terminum, ꝙ non præiudicat actori. Ray. in dicta l. petendæ. & dicta l. fina. de adulte.
* Statutum ſi dicit quod reus habeat in prima dilatione decem dies, & ſi nõ comparet adhuc bis citetur, & non repetit aliquid de dilatio. Dicit Bar. ꝙ omnes dilationes debent eſſe æquales, in l. ſi legatum. de ann. leg.
* An ultima dies ſit de termino, Bal. in l. j. ſi quis cautio. ſi ſtatuitur terminus vnius menſis quot erunt dies. Bal. vbi s. dicit, quod ſi data eſt dilatio unius menſis die tertio Februarii, finietur die tertia Martii, & ſic de ſingulis probat per l. qua ætate. de teſta. & l. j. de manu. licet glo. in c. quam ſit. de elect. & c. ſi propter. de reſcri. lib. 6. aliter ſentiant. Bartol. in l. cum biſſextus. de ver. ſig. Bal. in l. eos. §. ſin autem. de appellationi. domin. Signorolus in conſiliis ſuis in prima parte.
* An iudex poſsit ſimul & ſemel dare plures dilationes, puta ad opponendũ teſtibus, & ad examinandum teſtes, Bar. in l. quandiu. ff. de acquir. hæred. & l. qui pro tribunali. de re iud. Bal. in l. ſiue pars. de dilatio.
* Quid ſi datus eſt terminus ad opponendum exceptionem excommunicationis, an poſt terminum poterit opponi, Ioan. And. quod ſic, per cap. pia. de excep. lib. vi.
* Si iudex ſtatuat terminum alicui decem dierum ad aliquem actum, & ipſe aliũ actũ faciat prima vel ſecunda die, qđ iudex poteſt a modo procedere, ac ſi dicta dilatio ſtatuta non fuiſſet: nec habet neceſſe expectare terminũ. ut no. Bar. in l. ſi qs ita. ff. de acquir. hæredi. & l. a filia. §. alumno. ad Trebelli. Bal. in d. l. ſiue pars.
* Si eſt data dilatio alicui actori ad probandum uſque ad decem dies, an dictio uſque ponatur excluſiue uel incluſiue, Bart. in l. de die. in prin. qui ſatiſ. cogan.
* An iudex poſsit dare terminum reo ad proponendum exceptiones peremptorias, Iac. But. & Bar. in d. l. de die.
* An iudex poſsit ſimul & ſemel dare dilationem actori & reo, Bal. in l. liber. de peti. hæredi. dicit quod non. & l. in excep. de prob.
* Nota quod in dilationibus hominis uel legis nõn debet expectari ille qui dicit, nolo uenire: quia dilatio datur ad deliberandum & ad probandum. modo talis uidetur renuntiaſſe dilationi. Bald. ar. l. Arethuſa. de ſtatu homi.
* Si ſtatuatur dilatio vnius menſis, quomodo debet accipi menſis. & quot dies, no. in l. cum biſſextus. de verb. ſig. & no. in l. ii. de diuer. & tempor. præſcrip. ar. in c. quam ſit. de ele. lib. vi. Domi. Signorolus in conſiliis ſuis. Bal. in l. 1. ff. ſi quis caut.
* In l. dicere. ff. de arbitr. notat Bald. quod dilatio quæ datur in cauſis, poteſt ꝓrogari & reuocari: nec obſtat quod dilatione pẽdente, & c. l. ſiue pars. de dilatio. quia eſt uerum, niſi dilatio mutetur uel reuocetur. nam ſuper hoc non conquieſcit officium iudicis. cũ enim ſit interlocutoria, ergo poteſt reuocari niſi eſſet de conſenſu partium dilatio aſsginata, & tunc non poſſet niſi de conſenſu partium reuocari, argu. eius quod no. in l. j. in fine. ff. de prætori. ſtipu. vt etiam ibi dicitur quod ſicut in aſsignãda dilatione requiritur cauſæ cognitio, ita etiam requiritur in mutãda Bal. de quo etiã vide Bar. in l. quod iuſsit. ff. de re iud. verſ. vlterius quæro.
* Sententia lata pendente appellatione, non tenet. not. gloſſ. in l. 1. ff. de feriis.
* An ſtatutum puniens producentes falſa inſtrumenta, puniat ꝓducentes falſos teſtes, Iac. Butrig. l. 1. C. de fide inſtru.
* Iudices non tantum ad unum actum debent dilationes ſtatuere, ſed etiam ad omnia quæ facienda occurrent, capitu. conſtitutus. de procurator. per Inno.
* Si iudex ſtatuat dilationem ſine cauſæ cognitione, an illud quod fit ſub illa dilatione ſit nullum ipſo iure vel debeat annullari per appellationem, Bar. in l. 2. de re iudi.
* Spec. quærit ſi data eſt dilatio ad producendum omnia inſtrumenta, quibus vti voluit, an poſt terminum audietur. Cynus ꝙ ſic in l. iudices. de iud. Ray. contra, per l. oratione. & l. fi. de feriis. & l. j. de dilatio. tamen contra eius opin. fac. l. & ſi poſt tres. ſi quis cautio.
* In l. j. C. de dilatio. dicit Iac. Butrig. pone quod in prima die primæ dilationis feci citare teſtes, & non uenerunt: ſecũda die nihil feci: in tertia die feci eos banniri, nunquid quia fuit negligens in ſecunda die denegabitur ſecunda dilatio. dicit quod non. neque enim requiritur ꝙ quis faciat quicquid poteſt. l. 2. ff. ſi quis cautionibus.
* Si reus obtenta dilatione ad probandum, uidet quod actor nihil probauit, & ideo vult renunciare dilationi, an poſsit? Bal. in l. petendæ. C. de tẽpore. in inte. reſti. & l. poſtquam liti. de pac. & j. de renuncia. & dicit Bald. quod aliquando quis habet fauorem qui meus eſt: & ipſe contra me vti nõ poteſt, l. ſi poſt mortem. de contratabul. aliquando quis habet fauorem propter me, & tunc pone tres caſus: quia aliquando habet gratiam exequendæ, & ſequendæ æqualitatis & me inuito etiam ſi renuntiem uti poteſt, l. ampliorem. de appella. & ex hoc infert quòd in dilatione quæ datur etiam actori gratia æqualitatis ſequendæ, vti poteſt: aliquando datur fauor alteri propter me gratiá tollendæ iniquitatis: & loquitur l. ſi iudex. ff. de minoribus. aliquando gratia inducendæ pœnalitatis, ut in titu. quod quiſque iuris. & tunc etiam me inuito uti poteſt beneficio. Bald.
* In l. j. de glande legen. & l. ſi prius. de operis no. nunc. dicit Barto. ex illa l. j. coniuncta gloſſ. nota quod ex natura rei ſtatuitur breuior terminus: quod facit ad quæſtionem, ſi quæſtio eſt prioratus vel conſulatus, qui durant duobus menſibus, quod quæſtio debet expediri ita cito quod tempus currere non incipiat, nec tranſire: quia dilatio eſſet cauſa ex qua periret res de qua agitur. igitur citius debet expediri. quod nota.
* Quid ſi notarius ſcripſit datam dilationem, nec dicit iudice ſedente, an præſumatur, not. in c. potuit. de eo qui furtim or. ſuſce.
* In l. de die. §. iubetur. in fin. qui ſatiſd. cog. dicit Bar. ꝙ uolens trahere rem in longinquum, dicens ſe habere teſtes ultra mare, qualiter debeat prouideri ponitur cautela per c. ſecũdum. ext. de fide inſtrum. & ponitur etiam alia per c. ſtatutum. §. plures. de reſcrip. libr. vi.
* In eadem l. §. hoc autem. dicit Bartol. quod ſi ſcholaris conuentus coram poteſtate, petit ſe remitti ad epiſcopum, quod non poſsit poſtea petere ſe mitti ad poteſtatem. Item nota quod mora tollit beneficium remiſsionis. & ſic eſt arg. quod ſi quis potuit producere in loco iudicii, & non fecit poſtea teſtes ſe abſentent, & ipſe petit quod committatur examinatio ad locum ubi ſunt, quod non poteſt, per hunc tex. Bart.
* An citatus a lege teneatur comparere die feriata, uide Bald. in l. veteranis, quando prouoca. non eſt nece. Ioan. monach. in capitu. cupientes. de electio. lib. vi.
* An poſt aſsignationẽ termini pars audiatur. Bar. in l. diffamari de ingenu. manu. & l. ea quidem. C. de accuſa.
* An pendente dilatione iudicis officium conquieſcat. Bal. in l. Ariſto. de iure delibe.
* Si iudex pendente una dilatione dat aliam, ut ſecunda dilatio incipiat demum finita prima, an ualeat. Bar. in l. quamdiu. de acquir. hæredi. & l. qui pro tribunali. de re iudicat. Bal. in dict. l. quandiu.
* An prima dies computetur in termino, Bald. in l. eos. §. ſin autem. de appel. diſtinguit, & ibi etiam ponit de ultima die termini an computetur in termino.
* An in dilatione fiat computatio de monitorio, & quotuplex ſit dies, Ang. in l. morte. de feriis. & l. j. ſi quis cautio.
* Ioan. Faxoli in quodam ſuo conſilio dicit, quod ſecunda dilatio debet peti per partes a iudice j. primam dilationem.
* An ſi terminus eſt datus parti ad capitulandum, intelligatur datus ad ponẽdum & articulandum, Bal. in l. generaliter §. j. C. de iureiu.
* De dilatione quam habent ciues ſignati, an confundatur cum dilatione conuentionali, vel etiam alia dilatio eis concedi debeat de quo per Cy. in l. fi. C. de repu. hære. & ibidem etiam Bal. & Guli. de Cu.
* Nota quod ubicunque terminus ſeu dilatio poteſt alium lædere. debet ei notificari, Bal. in l. eos. §. apoſtolos. de appel. & fac. ꝙ ſi eſt data poteſtas arbitro prorogandi compromiſſum, illa prorogatio non adſtringit partes, niſi eis notificetur. Bald. vbi s. fac. idẽ Bald. in l. j. & auth. ei qui. de temp. appel. & l. 2. C. vbi in rem actio. & l. generaliter. §. his de iureiur. per docto.
* Si dilatio data ad producendum teſtes impediatur per iudicem uel receptorem dubitatum, debet ei reſtitui tempus ſublatum. Inno. in c. ultra tertiam. de teſt. circa medium apparatus expreſsius Ioan. An. ibidem in 4. ſeu 5. q. quod ſi iudex in hoc ſit negligens, tenetur ad intereſſe, ſecundum Speculum in tit. de teſte. § qualiter. iuxta. fi.
* Quod ſolet dici quod quælibet dilatio eſt peremptoria, etiam ſi non dicatur, intellige uerum de dilatione data ad probandum, ſecus in aliis. Bar. in l. ſi finita. §. Iulianus. uerſi. quæro. de dam. infe. Item data ad probandũ. Limita cum datur ſine cauſa, ſecus cum cauſa. ita ſentit Bar. in conſtit. ad reprimen. ſuper uerſi. ſuper dicto crimine nam ex cauſa etiam milleſima poteſt dari ſecundum Azo. in titu. de dilatio. & Alberic. in l. j. C. eo & Spec. in ti. de actio. §. qualiter. uer. quarta. ex quo ſequitur ꝙ vbi venit danda ex cauſa, nulla eſt peremptoria.

## ¶ Bal. de Dilationibus.

IN dilationib⁹ iudicialibus ſi dictio Vſque, terminatur in diem feriatam, ponitur excluſiue, §. j. ver. pone ita G. ¶ Item ſi dilatio contineat dies taxatos, ut mẽſem, uel annum, non differetur in ſequentem diem, C. de temp. appel l. 2. in fin. Si autem non ſint dies taxati in ſpecie, ſed in genere, ut octo dies, tunc dicunt quidam, differri ipſo iure per legem: alii dicunt, quod differtur de benignitate iudicantis: quia non debet properare, id eſt, feſtinare, ſed expectare in ſequentem diem, ff. ſi quis in ius uo. non ie. l. 2. ſi quis cau. l. 2. §. ſi quis. in uerbo, differre, Bal. vide s. de citat. §. fin. vbi ponitur, & j. eo. §. etiam ult. ¶ Habens octo dies ad excipiendum, poteſt etiam prima die excipere, nec tenetur expectare, uer. ſed pone. G. ſecus ſi ad comparendum. nam debet expectare aduerſarium, uel iudicis licentiam, ff. de verb. oblig. l. item illa. per Bar. uide j. de ap. §. qui comparuit. ¶ An in curia detur dilatio ad probandum extra curiam. uer. illud quoque. plene per G. ¶ Aſsignatio termini peremptorii includit tacitam excluſionem poſt terminum, in uerſ & not. ꝙ ſi. G. ¶ Terminus ſtatutus a iure ad probandum exceptionem non currit, niſi cum iudex excipientem ad probandum admiſit: quo facto ſtatim currit, licet iudex non præfigat terminum, verſi cum ſed nunquid currunt, quod eſt not. ¶ Dilatio data ad probandum, non requirit publicationem teſtium, ver. ſed quid ſi. j. G. vide j. ſen. §. pone ſententiam, ¶ Etiam ultima hora termini admittuntur probationes, ver. præterea. G. quia nulla pars termini debet eſſe fruſtra. ¶ Et an dato termino ad

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mino ad probandum,debeat pars citari ad vidēdum produci inſtrumentū
Bal.in l.fi.C.qui admit.ad bo.poſ.dicit, quod ſic, niſi in vltimo dilationis
die producantur. ¶ Vna dilatione pendente,alia aſsignari non poteſt,nec
duæ ſimul,niſi ſint contiguæ. ver.deliberatione.G.ſcilicet ſu p eodē: ſed ſu p
diuerſis capitulis ſic,ver.ſed pone,duos.nā lex,ſiue pars ſuper eodē dēt in
telligi:vide j.de ap.§.dilationes nō ſunt. ¶ Vbi tēpus iſtātiæ eſt breue,dila
tiones non auferuntur,ſed arctantur,verſic.ſed pone,quod cauſa. G. ¶ An
parte abſente poſsit iudex p̄ſenti præfigere terminum? Dic,ꝙ non,ſecūdū,
quoſdam,ff.de ꝯfeſ.certum.§.ſi quis.facit qđ not.ff.de rei ven.l.fructus.Con
trarium tenet in §.nunc dicamus. ver. ſed pone, reo.arg. ff.de arbi. l.diem
proferre.not.Hinc eſt ratio,de qua s̄.de ꝯtuma.§.antepe.in fin.quia cum ſit
actus iudiciarius,videtur requirere citationē &:vide j.de ſen.§.terminus.
& Innoc.in cap.cum contingat.de reſcri.& j.eod §. pe. ¶ Lapſo termino
peremptorio non poteſt opponi exceptio:quia lapſo termino, non eſt ter-
minus,& quod noneſt,prorogari non poteſt.verſ.ſuper hoc.G Sed poteſt
nouus terminus aſsignari,verſ.ſeq.G.¶ Poſt litem cōteſtatā omnis dilatio
eſt peremptoria,ver.termini autem aſſignatio.quod eſt uerum ad proban-
dū in ciuili.vbi eſt ſtatutum unicum tantum dari:ſecus in criminali. l. fi.ff.
de fer.Eſt tamen differentia,quando partib.præſentibus,vel abſentibus p̄-
figit de ꝯſenſu partiū terminus,đ.quo uide j.de ſen.§.terminus.& uide s̄.de
citat.§.ante litē. ¶ Sētētia,q̄ imponit alicui ſilentiū ex lapſu dilationis,ē in
terlocutoria;tamen ab ea poteſt appellari,ff.de app.l.Titia.Bal. ¶ Dilatio,
quæ aſsignatur alicui ad ꝯparendum,protenditur uſque ad mediā noctem:
ſecus ad ſentetiam,no.ff de fer.l.more.& no.Inſt.de ver.ob.in prin. alias §.
j.& de off.deleg.c.conſuluit.per.Inn. ¶ Primo reſpondetur articulis acto
ris,quam rei,ver. & no.quod B.quia agens eſt prior & nobilior patiente ,ui
de j.de poſ.§.ſi poſitio. ¶ In dilationibus nomine inſtrumētorū cōtinētur
probationes ſcriptæ,non teſtes,ver.item nota,ꝙ cum.G. ¶ Lapſo termino
ad probandum,non poſſunt fieri probationes poſitionum , ver.item quid ſi
datus.G.C.de non.nu.pe.l.in contractibus.§.illo.G. ¶ Dilatio eſt commu
nis,etiam ſi detur per reſtitutionem in integrum, niſi altera pars didicerit
teſtificata,uer.in ſumma no ꝙ.G.ētſi is,cui principaliter eſt indulta dilatio
renūciet ei.ff.de contra tab.l. ſi poſt mortem.§.fi.uerſ. quid ſi reus. vbi vide
as.G.hoc verum,ſi dilatio nititur iuri communi:ſecus ſi nititur reſtitutio
ni in integrum:quia minor non poteſt renunciare,ff.de min. l. ſi iudex.Bal.
¶ Iudex pōt citare ſine cauſæ cognitiōe,uer.ultimo nota.G. ¶ Iudex de-
ambulans poteſt aſsignare dilationem in cauſis quę non exigunt ſeſsionē,
ver.ſed ſi eum a procedente.uide j.de inſtr.edi.§.iudex poteſt.in fin.& Inn.
in d.c.cum cōtingat.de reſc. ¶ In termino iuris mitius agit,quā in termino
hominis,j.de iur.cal.§.pen. ¶ Peremptorium non ligat iudicem : vnde
poſt ipſum ex officio poteſt exercere.j.depoſi.§. poſt concluſionem. ¶ Ter
minus aſsignatus abſenti,non currit niſi a die notitiæ, j.depoſi. §.no.quod
terminus. ¶ Nihil facienti in primo termino non debet dari ſecunda dila
tio ad probandum,niſi,&c.j.de prob.§.nihil. ¶ Poteſt aſsignari terminus
perēptorius p iudicē, poſt quē non audiat. ¶ Itē peremptoriū eſt quædā
interlocutoria:& ideo vt interlocutoria a iudice mutari,corrigi & emen-
dari poteſt,j.de inſtru.edi.§.iudex poteſt. ¶ Terminus aſginatus de con-
ſenſu partium,uel a iure, habet vim peremptorii, j. de ſen. §.terminus.&
ex peremptorio poteſt ferri ſentētia,vide j.& vera ſententia poteſt ferri.&
Inn.in c.ſuper eo.de app.An ſtatuto termino ad probandum , ſufficiat te-
ſtes intra illum iuraſſe, vide j.de ſen.§.pone,ꝙ poſt ſententiam.& per Bar.
in l.damni.§.Sabini.de dam.infect.

a **De Feriis [a] Rubrica.**

IN præcedenti titulo de dilationibus quæ a iudice conceduntur,præmiſimus:dicendum ergo eſt de his, quæ a iure indulgentur:ſcilicet de Feriis aliqua ſubiiciamus:In quo attendendum eſt:quot ſint genera feriarum ,quid in eis agi poſſit,vel
b non:& quibus feriis poſſit renunciari [b].

### ADDITIONES.

a Eodem ordine Tan.poſuit hāc rubricam,& tria,quæ diſtinguit auctor,pro
ſequitur,licet in principio ſolum exprimat prima duo.Roff.rub. x.quali-
ter iudicium detinetur ratione feriarum.Io.de Deo iij.lib.Iudic.poſt prin
valde parum.alii nominatim in procemio per auctorem non poſuerunt
hanc rub.licet Pileus aliquid de ipſa tractauerit ſub rub.de in ius voc. ha-
buit ergo auctor recurrere ad Summiſtas An executioni ſententiæ obſiet
exceptio feriarum,ſcripſi j.de libel.concep. §. nunc dicendum. ſuper ver-
ſicu.xxv.

b Renunciari. ¶ Præmittendum eſt,quod Azo eo.tit.dicebat,ꝙ feriæ hic di
cuntur,quaſi foriæ , id eſt,extra forum.præbent enim immunitatem a foro
iudiciali:vel ſecundum eum feriæ,id eſt,feſtiuæ . Hoc dico, quia proprie fe-
ria ponitur pro qualibet die ſeptimanæ , de treu . & pa. ca.j. de cel.miſ.cum
creatura.& cle.de rel.& ven.ſan.ſi dominum.ver.nos itaque.per quæ patet,
quod dicimus,feria prima,ſecunda,&c.

### SVMMARIVM.

1 *Feriæ ſolennes ſunt , quæ ad Dei & ſanctorum reuerentiam ſunt in-*
*troductæ.*
2 *Criminale iudicium non eſt in Quadrageſima exercendum .*
3 *Feriæ repentinæ dicuntur,quas ſolus princeps ob publicam gratulationē*
*in dicit.*
4 *Feriæ indictæ,ſiue ruſticæ,ſunt, quæ propter rem ruſticā & publicam uti*
*litatem indicuntur .*
[illegible] *Actore & reo diuerſarum prouinciarum coram iudice conuentis,cuius lo*
*[illegible]onſuetudinem debeat iudex obſeruare.& nu.ſeq.*
[illegible] *circa iudicia ſuam conſuetudinem non ſequatur,ſequi debet ius*
*commune,nullius inſpecta conſuetudine.*
8 *Feriæ publicæ,ſeu ruſticæ,quibus concedi dicantur.*
9 *Nulla lex poteſt curiam principis ita coarctare, quin poſſit etiam quoli-*
*bet tempore ius reddere.*
10 *Princeps dicitur lex animata in terris .*
11 *In aſſignatione termini ad conueniendum in iuditio , an feriæ partiū ſint*
*attendendæ,an regionis tantum iudicis,coram quo cauſa tenetur.*

¶ Quod ſunt genera feriarum.

1 I.§.Feriarum ergo aliæ ſunt ſolennes, aliæ repētinę,
aliæ indictæ,ſiue publicæ,ſeu ruſticę. †
Solennes ſunt,quæ ad Dei & ſanctorum reuerentiam introductæ
ſunt,vt extra eo.c.fi.ff.eo.l.pridie.C.eo l.fi.& l.omnes.ii.ſicut eſt
Natiuitas Domini,feſtum ſancti Stephani,ſancti Ioannis euange
liſtæ,Innocentium,ſancti Syluestri,Circunciſionis, Epiphaniæ,ſe
ptem dies Dominicæ paſſionis, feſtum Reſurrectionis cum ſep-
tem ſequentibus diebus,Rogationes cum tribus diebus, feſtum
a Aſcenſionis, feſtum Pentecoſtes cū duob. diebus ſequentib.[a]
natiuitatis ſancti Ioannis Babriſtæ , omnes feſtiuitates Virgi-
nis glorioſæ non dico de feſto Conceptionis eius, quia concep
ta fuit in peccato,licet in multis locis celebretur,nec talem deuo
b tionem reprobo [b].feſtiuitates omnium apoſtolorū,feſtum beati
Laurētii,dedicatio beati Michaelis.& cuiuslibet oratorii,ſiue lo
c ci [c]:feſtum omniū ſanctorum,& ſancti Martini,qui fuit par apo
ſtolorum,omnes dies dominicæ,C.eo.l.fi.xv.q.iiij nullus.& om
nes aliæ feſtiuitates,quas ſinguli epiſcopi in ſuis diœceſibus cum
clero & populo duxerint ſoleniter venerandas , & quas moris
eſt ibidem ſeruari.hæc omnia habentur extra.eod c. fi. & de con
ſec.diſ.3.c.j.& c.rogationes.C.eo.l.ii & l.omnes dies.& xv.q.iiij.
placita.Item in feſto inuentionis ſanctæ crucis , de conſec.diſt.3.
d crucis [d].Veruntamen de diebus Rogationum,& de feſto Crucis,
nil ſtatuitur hodie in præ.dec.vnde videtur ex certa ſciētia omiſ
ſum credo tamen in hoc ſtandum prædictis cc.ſic C.eo.l.2.quod
n.expreſsè nō mutatur quare ſtare prohibetur?C.de teſta.ſanci-
mus.Conſuetudo tamen aliud in pleriſque locis interpretatur.
Item de feſto beati Martini no.contra C.eo.omnes dies & malè
ut in præd c.j.de conſec.diſ.3 Quod autem dixi de feſtiuitatibus,
quas epiſcopi in ſuis diœceſib.ſtatuunt, intellige de feſtiuitatibus
ſanctorum canonizatorum uigilias non habentium , ſecundum
Io.ut ext.de reli.& ven.ſan.c.j.qui n.nō ſanctum dicit eſſe ſanctū
uel econtra,abominabilis eſt Deo,cuius ſocietati eum iungit &
Chriſtum uiolat,ut xi.q.3.ſi quis dixerit.& c.ſeq.&facit bene 50.
diſt.ſi quis præpoſtera.Et no.ex hoc,epiſcopos poſſe in ſuis diœ-
2 ceſib indicere ſolēnitates.† ¶ Porro inueniunt & aliæ feriæ ſolē
nes,in quib.eſt a placitis abſtinendum nam in Quadrageſima nō
eſt criminale iudicium exercendum,C.e.quadraginta.Item alibi
dicitur,ꝙ in his diebus,in quib.legitima celebrantur ieiunia, & a
ſeptem diebus ante natale Domini,uſque ad octauas epiphanię,
& a Quinquageſima uſq; ad octauas Paſchæ , & ſeptem dieb.an
e te natiuitatem ſancti Ioannis Baptiſtæ [e],iudiciaria poteſtas nemi
nem aſt placitū vocet,vt in præ.c.placita.alibi dicit,a Septuage-
ſima uſque ad octauas Paſchæ : & ab aduentu Domini uſque ad
octauas Epiphaniæ, & in ieiuniis quatuor tēporum, in dieb.lita-
niarum & rogationum,vt xxii.q.v.decreuit.Veruntamen iſtæ fe-
riæ non habentur in uſu:& per contrariam conſuetudinem Ro-
manæ eccleſiæ & aliarum prouinciarū derogatur prædictis iuri
f bus,præmiſſis feriis in ſuo robore duraturis [f].Quod autem dixi de
ſeptem

### ADDITIONES.

a Sequentibus. ¶ Hic adde feſtū corporis Chriſti feria quinta poſt octauas
huius feſti per conſtitutionem Vrbani.quæ habetur in cle. de reliq.& ven
ſanct.ſi dominum.

b Reprobo. ¶ Vide,quod ſcripſi in præ.c.fi.eod.tit.in gl.quæ ſunt. Et aduer
te,quod non utitur auctor verbis decr.in eo,qđ ſtatim ſubditur,ibi enim di
cit tex.xii.apoſtolorum,& pręcipue Petri & Pauli:hic dicit omniū apoſto
lorum:& ſic includet eos,qui nō fuerunt de numero duodeno,ſicut Pau-
lus.hoc patet Lucæ vi.& no.de reliq.& ven.ſan.c.vno,li.vi.in gl.2.per quā
dec hic addas de quatuor Euangeliſtis,licet duo ex illis per apoſtolatum eſ
ſent incluſi:& de quatuor doctoribus.

c Loci. ¶ Iſtud Siue loci,non eſt in canone:& intellige,quod dicit canon,Cu
iuſque oratorii,quod ad feſtiuandum,& ſolenniter officiandum per cleri-
cos illius loci,non quo ad ferias cauſidicas,de quibus tractamus , niſi for-
ſan epiſcopus loci,&c.ut ſequitur.Dedicatio autem baſilice beati Michae
lis,quæ eſt penultima Septembris,bene eſt feria cauſarum,vt in c.fin. eo.ti
& c.j.de conſecr diſ.3.ſed Bononiæ non eſt feria operarum:quia tunc mutā
tur hoſpitia,propter quod illa dies,& ſequens,quæ eſt feſtū beati Hierony
mi,non bene coluntur.

d Cruci ¶ Ad quod oppone,& ſolue,ut ibi no.in j.gl.

e Baptiſtę. ¶ Hoc declaratur eod.tit.capellanus.

f Duraturis. ¶ Secundum Tan.vbi s̄.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN